





2
6
493











2.6.493


x 18

A

XXXVII

TALM. ed.

PERING



C I

מסכתות עבודה זרה ותמיד :

ID EST:

DUO CODICES TALMUDICI AVODA SARA ET TAMID,

Quorum Primus agit de Idololatria; Alter, de Sacrificio Jugi, quod olim in Templo Hierosolymitano quotidie offerebatur.

Paraphrasi Latina redditi

a

GUSTAVO PERINGERO SVECO.



ALTDORFI NORICORUM
Excudit Johannes Henricus Schönnerstædt.
ANNO CHRISTI M DC LXXX.

SERENISSIMÆ AUGUSTISSIMÆQ;
PRINCIPI AC DOMINÆ

DOMINÆ

ULRICÆ ELEONORÆ,

SVECORUM, GOTHORUM
ET VANDALORUM

REGINÆ,

DANIÆ NORWEGIÆQVE

PRINCIPI HÆREDITARIÆ.
&c. &c. &c.


Perpetuam Felicitatem!

COncipio mente & cogitatione, DOMINA, illam nunc in Suecia cœlo euntem lætitiam, qua omnis ſexus, omnis ætatis, omnisq; ordinis ora, adventum TUUM gratulantur, inq; laudes ac variæ pietatis officia ſe reſolvunt; illa auſpicia, quæ de propitiatis per TE nobis fatis, ac nova ſeculi fortuna, quisque captat; illam contentionem, qua nemo non munera, ad pulvinaria TUA, ſacrosq; pedes deferre annititur. Quando vero magna locorum intercapedine ſejuncto mihi, tam felici eſſe non licet, ut beatis TE proſequentium, ſuaque religione apud TE defungentium turbis me immiſceam, affectu tamen intimisque ſenſibus, DOMINA, facio quod me par eſt. Nimirum, aſſidue vota & preces ingemino, quibus TE vivere, TE valere, TE rebus humanis diu intereſſe, TE REGI CONJUGI indies magis magisque charam fieri, indefeſſe precor. Sic enim illâ quæ in TE fulget Regiarum Virtutum coronâ, ſupra omnem auri gemmarumq; nitorem illuſtri, totum terrarum orbem benignis ſplendoribus in admirationem tui convertes, TUI vero Sueci ſe ad vitam TUAM compo-

component, & ad mores TUOS emendabunt, eoque pacto res nostræ non assurgere tantum & florere, sed plane in fastigio stare occipient. Offero quoq; donum, DOMINA, vile id quidem, & perexiguum, sed quale patitur meus census. Atq;, etsi quosvis scholasticos conatus longe supergreditur Nomen TUUM, sciunt tamen omnes, TE ea indole natam esse, ut faveas ingeniis, & artibus suffrageris: ac proinde confidere licet, rediturum per TE decus literis, honorem eruditioni, salutem liberalibus disciplinis. Quod si libens volens ad hæc minuta respexeris, ubique gentium, eos, quorum ingeniis vigorem adspirare Musa consvevit, excitabis, ut egregios libros, & debita æternitati opera Divino GENIO TUO consecrent; nostras quoque imbelles vires ad fortius aliquid conandum instaurabis. Quanquam non tam libellum, quam animum suum TIBI prono corpore, genibus suis nixus, offert ac dedicat,

DEVOTUS NUMINI MAJESTA-
TIQUE TUÆ

Gustavus Peringerus.





PRÆFATIO.

EXhibentur Tibi, BENEVOLE LECTOR, ex vetusta illa æque ac difficili operis Talmudici parte altera, Mischna inquam, quæ πατροπαραδόσεις continet, Codices duo, Avoda Sara, & Tamid, utcunque paraphrasi uberiori, sed tamen fideliter redditi. Circa istam enim translationem, id nobis præcipue erat curæ, ut non tantum verbum verbo redderemus, sed suppleremus etiam concisam orationem, sicubi in verbis difficultas inesse videbatur; idque ex Commentariis potissimum, & ad ductum Rabbinorum illius principis Mosis Maimonidis, & R. Obadiæ Bartenoræ præstitimus: cum si nuda sistatur Mischnæ versio, sensus in multis obscurus evadat, & difficultates oboriantur haud parvæ. Siquidem fatentibus id Judæorum Magistris passim, &, quem solum hoc loco allegare liceat, ipso R. Gedalja in Schalsch. Hakkabbala p. 37. b. משנה סתומה ועמוקה *Mischna per seipsam difficilis est, & sensus profundissimi.* Atque cum fama excitus Viri Celeberrimi JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILII, cujus nomen & merita non tantum Germania, sed etiam reliquus prædicat orbis, ex itinere Gallico Italicoque, in Germaniam redux, ejus causa nobile hoc Musarum Domicilium Altdorfium inviserem, & Viri Optimi auspiciis, pro eo quo est is erga peregrinos favore maximo, in Talmudicis Studiis quædam conatus essem, ejusdem deinde hortatu, publice aliquid Speciminis loco dandum erat. Cui Eximio & de me bene merenti Magistro dum morem gero, ingenue simul profiteor, discendi tantum causa hunc laborem potissimum me aggressum esse. Et quia jacienda erat alea, tanto majus operæ pretium me facturum existimavi, si Codicem *Avoda Sara* recenserem,

rem, eam, inter cæteras, ob caufam, quia is e Talmudis perplurimis editionibus, vel a Chriftianis per caftrationem refectus, vel a Judæis qui editionibus præfuerunt, cum aliis non paucis locis, omisfus deprehenditur. Illos enim vulgo perfvafio tenebat firma, fe fuamque religionem & Sacra, eo libro unice peti, & hoc nomine penitus eliminandum, atque ex hominum manibus eum tollendum effe exiftimarunt. Hos autem, metus eo usque invaferat, ut licet ex Majorum inftituto teneantur אין להוסיף וממנו אין לגרוע *Talmudi fuo nihil addere, vel ne minimum quid detrahere*; nihilominus videntes, dicam fibi impingi hoc nomine grandem, præfcriptas leges violare, & librum fupprimere maluerint, quam luci exponere; etfi interim multis in medium allatis rationibus probare fategerunt, hæc ad Chriftianos nullo modo attinere. Eft quoque notabilis inprimis locus in Schulchan Aruch Hilch. Jajin Nefech Num. CXXIV. & in Levufch, in iisdem Hilchot, ubi concordi fententia Judæi teftantur, fub nomine Idololatrarum non intelligi Chriftianos, neque his injuriam dixiffe Magiftros; fic vero habent verba: בזמן הזה דקל דגוים לאו עובדי ע״ז הם *In confeſſo eſt apud nos Judæos, quod Chriſtiani hodierni nullo modo Idolorum cultui addicti ſunt*. Scilicet, omnino ita fe res habet de libro *Avoda Sara*: Gentilium profanos cultus & fuperftitiones, quas etiam Chriftiani deteftamur, unice ille tangit. Unde pasfim mentio Calendarum, Saturnaliorum, Mercurii & Veneris; imaginum, baculum vel pilam, aut aliud quid manibus tenentium &c. in illo libro reperitur, nihil vero quod Chriftianæ religioni contrarium adverfumque fit, offendas, ceu luculenter oftendit Laudatisfimus Wagenfeilius Prolegom. ad libros Judæor. Ανεκδότους p. 59. cujus infignis in his ftudiis autoritas opinioni noftræ robur conciliat, ita ut nihil moremur publicam illam Concilii Tridentini, quâ hic liber olim notatus eft, cenfuram: ὡς γὰρ ἕκαστος γνώμης ἦν ἢ ἐμπειρίας ἦχεν, ita quoque de hoc libro tulit fuffragium. Et vero, verifimile fit, tempore R. Jehudæ Hakkadofch, qui fub finem primi a nativitate Chrifti feculi vixiffe legitur, & a quo literarum monumentis cum cæteris Masfichtot confignabatur liber *Avoda Sara*, ad tan-

tum

tum faſtigium non aſſurrexerat Religio Chriſtiana, ut Judæis vel tantillum ea metuenda eſſet, & ut ſcriptis eidem obviam ire cogerentur, quippe quæ in cryptis & catacumbis clanculum exercebatur, nec unquam vires videbatur ſumtura. Neque vero eſt ut quis objiciat, hunc codicem pari loco habendum cum reliquis libris quos Chriſtianis oppoſuerunt Judæi, cum certum ſit, Scripta hujusmodi, & ſi quæ alia ad Chriſtianos attinentia, aliis libris inſerta habentur, aut inde eraſa conſpiciuntur, ſequioris eſſe ævi, & eo præcipue tempore a Judæis conſcripta, cum exiliis & perſecutionibus illi ubique agitarentur; ceu patebit conferenti loca illa Chriſtianis oppoſita, quæ ex MSS.is codicibus reſtituit in Porta Moſis Vir Clariſſimus EDVARDUS POCOCKIUS vere اعجوبة الزمان *Seculi hujus Ornamentū*, Magiſterquondam noſter nunquam ſine honoris præfatione nominandus. Amplius eadem conſtabunt legenti quæ de Judæorum, qui quaque ætate vixerunt, ſcriptisque inclaruerunt, Scriptoribus, ſumma cura tradit Vir Inſignis, omnique laude digniſſimus JULIUS BARTOLOCCIUS, Fautor noſter optimus, in diffuſæ & multæ eruditionis opere, quod Bibliothecam Magnam Rabbinicam inſcripſit. Cæterum Codici *Avoda Sara* Codicem *Tamid* ſubjunximus, quo nullus in univerſo Talmude extat utilior. Monſtrat enim nobis manifeſtiſſime, totum Liturgiæ veteris in Templo Hieroſolymitano ordinem, quaque ratione Sacrificia ibi fuerint peracta. Quod ſi autem veterum Romanorum Græcorumque ſacros ritus cum ſenſu quodam & voluptate legimus, quanto majus pretium huic libro ponendum, quo, non quomodo Diabolo, ſed qua cæremonia vero Deo ſacrificatum fuerit, docetur? Adde, quod quamplurima Veteris & Novi Teſtamenti cæteroquin obſcura & intellectu difficilia dicta, claram lucem exinde accipiunt. His fruere mi Lector, & Fave. Sc. AltdorfI Noric. a. d. XV. Auguſti. A. cIↃ IↃC LXXX.



מסכת עבודה זרה
מתלמוד בבלי:
פרק א:
משנה א

לפני אידיהן של עא״
שלשה ימים אסור לשאת
ולתת עמהן להשאילן
ולשאול מהן להלוותן
וללוות מהן לפורען ולפרוע
מהן רבי יהודה אומר
נפרעין מהן מפני שמיצר
הוא לו אמרו לו אעפ״י
שמיצר הוא עכשיו שמח
הוא לאחר זמן:

CODEX AVODA SARA
TALMUDIS BABYLONICI.
CAPUT I.
MISCHNA I.

TRiduo integro (*quia tanto spatio ad paranda sacrificia opus est*) ante infesta festa Idololatrarum, nefas est cum iis emendi atque vendendi commercium habere; nefas quoq; est, ipsis aliquid commodato dare, aut commodato ab iis accipere; ipsis pecuniam mutuo dare, aut mutuo ab iis sumere; solvere iis debitum, aut pati ut debitum ab iis sibi solvatur; (*Nam Idololatra ob quæstum commodumq; quod ex ejusmodi contractu aliquo percipit, in festo deinde die tanto majore cultu Deastrum suum prosequeretur, atq; sic Judæus Idololatræ peccandi præberet occasionem, contra præceptum,* Lev. XIX, 14. Ante cæcum ne ponito offendiculum.) R. Jehuda contendit, fas esse, ut debitum quis ab iis sibi solvi patiatur, cum hoc ipsis

afflictioni sit, (*quod pecuniam erogare coguntur.*) Verum dixerunt (*opinionis contrariæ Patroni: nequaquam tuam sententiam approbare possumus ex ea quam dedisti causa,*) nam etiamsi id in præsens eis sit afflictioni, nihilominus postea eam ob rem lætabuntur, (*quoniam debitum deprehenditur esse solutum, & liberi sunt ab ære alieno.*)

ב

רבי ישמעאל אומר שלשה ימים לפניהם ושלשה ימים לאחריהם אסור וחכמים אומרים לפני אידיהן אסור לאחר אידיהן מותר:

II.

R. Iismaël ait, triduo ante festa illorum, & triduo post illa peracta, nefas esse (*ea quæ supra indicata sunt negotia cum Idololatris exercere.*) At Sapientes dicunt, ante festa illorum, nefas quidem id esse; post festa vero (*celebrata*) id permitti: (*atq; hos penes est veritas.*)

ג

ואלו אידיהן של ע״א קלנדא וסטרנורא וקרטיסים ויום גנוסא של מלכים ויום הלידה ויום המיתה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים כל מיתה שיש בה שריפה יש בה ע״ז ושאין בה שריפה אין בה

III.

Hæc autem sunt festa Idololatrarũ: Calendæ, Saturnalia, dies κρατησίμαχος sive memoria subjugati alicujus imperii; Τὰ γενέσια sive dies inaugurationis Regis eorum; dies item hujus natalis, nec non dies obitus illius: Sic censet R. Meir. Sed Sapientes dicunt, omné pompam funebrem, cui adjungi-

ע״ז יום תגלחת זקנו וב
ובלוריתו יום שעלה בו מן
הים ויום שיצא בו מבית
האסורין וגוי שעשה משתה
לבנו אינו אסור אלא אותו
היום ואותו האיש בלבד :

jungitur combuſtio ſive conſecratio, eam involvere cultum idololatricum; ſed eam cui non adjungitur conſecratio, non involvere cultum idololatricum. (*In caſibus ergo prædictis valet præceptum de triduo.*) At dies quo (*homo Idololatra*) primum barbam detondere cœpit, aut quo antias reſecat, dies item quo ex itinere maritimo ſalvus evaſit, dies quoque quo ex carcere fuit liberatus, aut dies quo Idololatra epulas parat filio ſuo, hi inquam dies tantum ſoli prohibiti cenſentur, neq; etiam cum alio inter Idololatras commercium interdictum eſt, quam cum eo tantũ qui illam diem feſtam celebrat. (*Hæc enim feſta tantum privatorum ſunt, nec publica celebrantur cæremonia, tum vero multa ex iis definitum tempus non habent, quippe barbæ aut antiis detondendis dies nulla determinari ſolet.*)

ד

IV.

עיר שיש בה ע״ז חוצה לה
מותר היתה חוצה לה ע״ז
תוכה לה מות׳ מהו לילך
לשם בזמן שהדרך מיוחדת
לאותו מקום אסור ואם
היה יכול להלך בה למקום
אחר מותר עיר שיש בה

SI quæ urbs, Idolum (*cujus feſtum celebratur*) intra ſe habet, tum in ſuburbanis (*die illo*) negotia cum Idololatris exercere permittitur; Sed vero ſi Idolum illud (*cujus feſtivitas peragitur*) extra urbem fuerit conſtitutum, tum intra urbẽ negotia cum Idololatris exercere conceditur.

ע״ז והיו בה חנויות מעוטרות ושאינן מעוטרות זה היה מעשה בבית שאן ואמרו חכמים המעוטרות אסורות ושאינן מעוטרות מותרות:

ditur. At num (*homini Judæo*) fas est talem locum petere (*ubi festivitas Deastri peragitur?*) Nempe si via unice tendat ad illum locum, nefas id est (*nam existimare quis posset hominem Judæum ad festum celebrandum tendere.*) Sed si eâdem viâ ad alia loca quis possit evadere, id permissum censetur, (*nam sic eum intuentes, nesciunt quorsum iturus sit, nec colligunt illum necessario locum ubi panegyris agitur petere.*) Si in qua urbe Idolum sit, atq; reperiantur ibi tabernæ, quarum aliquæ coronas præfixas, aliæ vero minime præfixas habent, (*quod indicio est, eas quibus coronæ præfiguntur sacrificulorum esse; illas vero quibus coronæ nullæ præfixæ, ab aliis possideri,*) quale quid obtinebat in urbe Beth Schean, ibi dicunt Sapientes, in tabernis quæ coronis ornantur mercari non licere, licere in iis quæ coronis destituuntur.

ה

אילו דברים אסורין למכור לע״א אצטרובלין ובנות שוח ופטוטרותיה׳ ולבונה ותרנגול הלבן רבי יהודה אומר מותר למכור לו לבן בין התרנגולים ובזמן שהוא בפני עצמו קוטע את אג

V.

EAs, quæ sequuntur res, nefas est vendere Idololatris. Nimirum mala citrea, ficus majores candidas, ficusq; pendentes petiolis (*dubium enim nullũ est, eos fructus hosce, ob insignem illorũ speciem Deastris suis dicaturos. Amplius quis prohibetur Idololatris vendere*) thus, itemque gallum

gallina-

אצבעו ומוכרו לו לפי שאין
מקריבין חסר לע״ז ושאר כל
הדברים סתמן מותר
ופירושן אסור ר״מ אומר
אף דקל טב וחצב
ונקליבם אסור למכור לע״א:

gallinaceum album (*quia tales inprimis Deastris suis sacrificare consueverunt.*) R. Jehuda ait licere iis vendere gallum album, si juxta cum hoc illis vendat gallos alios: aut, si velit ipsis vendere album solum, resecandum esse unguem, atque sic vendendum; quia non solent (*Idololatræ*) sacrificare pecudes mutilas Deastris suis. De cæteris rebus omnibus tenendum est, quod nuda venditio (*quando scilicet Idololatra non exprimit se ex re emta, donum aliquod Deastro parare velle,*) permittatur: at vero si Idololatra mentionem faciat (*se ideo emere ut rem Deastro dicet,*) hoc casu venditionem non concedi. R. Meir ait, nec licere Idololatræ vendere dactylos eximios, calamum sacchari, aut palmulas quas Nicolaos vocant.

ו

VI.

מקום שנהגו למכור בהמה
דקה לע״א מוכרין מקום
שנהגו שלא למכור אין מ
מוכרין ובכל מקום אין מ
מוכרין להם בהמה גסה
עגלים וסייחי׳ שלמין ו
ושבורין רבי יהודה מתיר

IN loco quo Idololatris consueverunt vendere minuta animalia, vendere ea licet; at vero in eo loco ubi obtinet ut non vendantur, nequaquam fas est illa venum exponere. Sed vero ubivis locorum nefas est iis vendere animalia magna, (*quoniam his opus peragunt in*

בשבורה ובן בתירא מתיר
בסום:

Sabbato, contra Legem Divinam quæ quietem etiam animantibus imperat;) vitulos item ac aſellos ſive integros ſive confractos. (*Confracti enim aſelli ſaltem in mola uſum ſui præbent.*) At R. Jehuda exiſtimat, fracta animalia licere venundare. Imo F. Betiræ cenſet licere etiam equum Idololatræ vendere, (*ſi eo tantum ad equitandum uti velit, nec enim verum hoc opus eſt ſi maxime in Sabbato equus dominum geſtet, quippe vivus homo non tam geſtatur, quam ſeipſum geſtat.*)

ז

אין מוכרין להם דובין וא
ואריות וכל דבר שיש בו
נזק לרבי' אין בונים עמהם
בסילקי וגרדום ואיצטריא
ובימה אבל בונים עמהם
בימוסיאות ובית מרחצאות
הגיעו לכיפה שמעמידין
בה ע"ז אסור לבנות:

VII.

Non licet vendere Idololatris urſos aut leones, neque ullam rem quæ publicitus multis nocere poteſt, (*quales imprimis ſunt arma & machinæ bellicæ, item numellæ, compedes, catenæ.*) Non licet operam dare ædificantibus baſilicas, aut cataſtas ſive pegmata (*in quibus de ſontibus ſupplicia ſumuntur.*) Eadem ratio Circorum ſive Stadiorum (*vel potius Amphitheatrorum, in quibus homines cum beſtiis depugnare ſolent, quales ludi a noſtra pietate alieni. Adde his*) turres quoque (*facile enim fieri poteſt ut Idololatræ infideles ex protervitate ſua Judæum hominem præcipitem dent in terram.*) Cœterum turriculas conſtruentes adjuvare fas eſt. Quantum vero ad Balnea attinet (*licet utiq; in iis condendis laborare ſed*)

ſed) quando perventum ad exſtruendum fornicem ſive loculamentum ubi conſtitui ſolet ſimulacrum Deaſtri (*cui balneum dicatum eſt,*) tum porro nefas eſt manus præbere in ædificatione.

ח

ואין עושין תכשיטין לע"ז

קוטלאות ונזמים וטבעות

ר' אליעזר אומר בשכר

מותר אין מוכרין להם

במחובר לקרקע אבל מוכר

הוא משיקצץ רבי יהודה

אומר מוכר הוא לו על

מנת לקוץ · אין משכירין

להם בתים בארץ ישראל

ואין צ"ל שדות ובסוריא

משכירין להם בתים אבל

לא שדות ובחוצה לארץ

מוכרין להם בתים ומשכירין

שדות דברי רבי מאיר ר'

יוסי אומר בארץ ישראל

משכירין להם בתים אבל

לא שדות ובסוריא מוכרין

VIII.

NOn licet facere ornamenta Idolis, verbi cauſa, catenulas, inaures atque annulos. Sed R. Elieſer ait, id licitum eſſe ſi pretium ſolvatur. Nefas eſt vendere Idololatris fructus, qui (*in terra Judaica*) adhuc affixi ſunt ſolo; (*vetat enim Lex Divina Deut. VII. 2. concedere Idololatris poteſtatem condendi tugurioli, at fructus colligere volenti aliquando neceſſe eſſet tuguriolum ſtruere:*) Sed vero vendere illis licet fructus, qui a ſolo ſunt ſeparati. R. Jehuda dicit, licere fructus in terra exſtantes vendere, ſed ea conditione ut receſentur. Non licet domos locare (*Idololatris*) in terra Judaica: nec opus eſt ſpecialem mentionem facere agrorum (*nam id facile colligi poteſt ex argumen-*

to ſum-

בתים ומשבירין שדות ובחוצה לארץ מוכרים אלו ואלו:

to sumto a comparatis, quin & novum accederet hoc in casu crimen, defraudatio nempe τῶν ἀπαρχῶν & decimarum ex agro Judaico, quarum solutionem tam solicite Scriptura inculcat.) In Syria tamen (*quam David subegit, & cujus minime tanta ac Judaicæ provinciæ sanctitas est*) domos locare licet, non vero agros. Sed in regionibus procul dissitis, domos vendere & agros locare licet: ita censente R. Meir. R. Jose ait, licitum esse domos locare in terra Judaica, minime vero agros: In Syria vero licitum esse domos quoque vendere, & agros locare; at in regionibus procul dissitis concedi utrumque.

ט

אף במקום שאמרו להשכיר לא לבית דירה אמרו מפני שהוא מכנים לתוכו עבודה זרה שנא׳ לא תביא תועבה אל ביתך ובכל מקום לא ישכיר לו את המרחץ מפני שהוא נקרא על שמו:

IX.

Notandum autem, quod quando Sapientes (*R. Jose puta & R. Meir, sive de regione Judaica, sive tantum de Syria*) pronunciant, locationem domorum licitam esse, tamen hoc non intelligi debere de domo quæ incolitur, (*sed tantum de horreo aliquo aut stabulo, quæ & ipsa domus dicuntur*;) atque causa rei est, quod Idololatra inferre in ædes solet Idolum suum: Scriptum vero (Deut. VII, 26.) *Ne inferas abominationem in domum tuam.* Cæterum nuspiam locorum licet iis locare balneum: Quippe balneum ejus (*qui illud locavit*) nomen servat, (*minime vero conductoris nomen*

nomen assumit; itaq; lavante ibi die Sabbatico Idololatra, vulgus dicet in balneo Judaico illa luce lotiones peragi. Neq; est ut quis objiciat, agrum, quem in Syria Judæus Idololatræ locat, eidem subjacere periculo, metumq; esse ne dicant homines in agro Judæi die Sabbatico opus peragi, cum ibi laborat conductor Idololatra. Ager enim privati usus est, & paterfamilias ibi laborans, ejus dominus esse præsumitur. At de balneo secus se res habet, quod nemo non scit minime eorum esse qui ibi lavant, sed publico usui destinari.)

פרק ב:

משנה א

אין מעמידין בהמה בפונדקאות של עא״ מפני שחשודין על הרביעה ולא תתייחד אשה עמהן מפני שחשודין על העריות ולא יתייחד אדם עמהן מפני שחשודין על שפיכות דמים בת ישראל לא תילד את העא״ מפני שמילדת בן לעא״ אבל עא״ מילדת בת ישראל בת ישראל לא תינק בנה של עא״ אבל עא״ מניקה בנה של ישראלית ברשותה:

CAPUT II.

MISCHNA I.

Non licet Judæis statuere pecora sua in πανδοχέιοις Idololatrarum (*paratis ad excipiendos viatores,*) quia Idololatræ suspecti sunt de concubitu cum bestiis. Neque licet fœminæ Judaicæ morari cum solis Idololatris, quia suspecti sunt ardoris in rem Veneream. Quin nec soli Judæo fas est cum solis agere Idololatris, quia suspecti sunt de cæde. Fœminæ Israëliticæ non licet obstetricis munere fungi apud fœminam Idololatræ, quia hæc educat filium suum idololatriæ; (*Si tamen pretium solvatur, isto officio Judaicæ mulieri fungi licebit,*

bit, pacis causa.) Cæterum fœminæ gentili licet obstetricis munere fungi apud fœminam Judaicam, (*eo scilicet casu quando obstetricis Judaicæ nulla copia, atq; præsentes sunt fœminæ aliæ, ne puerperam enecet obstetrix.*) Non licet fœminæ Judaicæ mammam præbere proli Idololatrarum, (*nam id esset idololatriæ illam educare;*) Sed vero fœminæ gentili fas est lactare prolem Judaicam, dummodo apud matrem id fiat in ædibus, (*rursus periculum cædis evitandi causa.*)

ב

מתרפאין מהן ריפוי ממון אבל לא ריפוי נפשות ואין מסתפרין מהן בכל מקום דברי ר' מאיר וחכמים אומרים ברשות הרבים מותר אבל לא בינו לבינו:

II.

Licet ab Idololatris medicinam petere iis rebus quæ pecunia æstimantur, (*uti sunt animalia bruta, servi, ancillæ;*) Sed nequaquam illis permittendum est, ut faciant medicinam Judæis hominibus, (*ita nimirum, ut pharmacum ipsi conficiant. Sed, si nudis verbis indicet Idololatra quomodo medendum morbo sit, quæq; herba aut potio salutem afferre queat, ejus consilio obsequi fas est.*) Haud ullo in loco collum eorundem tonsoribus præbendum est. Sic sentit R. Meir. Sed Sapientes dicunt, posse hoc fieri in loco publico, non vero inter eos solos.

ג

אילו דברים של עא״א איסורן ואיסורן איסור ה

III.

EÆ, quæ sequuntur res Idololatrarum, interdictæ sunt, atque in tantum interdi-

הנאה היין והחומץ של עו״א
שהיה מתחילתו יין וחרס
הדרייני ועורות לבובין ר׳
רשב״ג אומר בזמן שהקרע
שלו עגול אסור משוך מותר
בשר הנכנס לעבודת אליליי
מותר והיוצא אסור מפני
שהוא כזבחי מתים דברי
ר׳ עקיבא: ההולכין לתרפות
אסור לשאת ולתת עמהן
והבאין מותרין:

terdictæ intelliguntur, ut ne quidem ulla ratione vel levissimum comodum ex iis percipere liceat. Sunt vero vinum, (*quod Idololatra ex suis uvis expreßit*;) Acetum Idololatrarum, quod ex vino eorundem natum est; Argilla Adriani: (*Quippe solebat Adrianus argillam vino macerare, atq; globos exinde conficere: eos secum deportabat in expeditionibus militaribus, & cum bibere vellet, globos in aquis solvendo, vinosas eas reddebat, argilla in fundo subsidente.*) Pelles item καρδιακαὶ, (*nam sic in more positum habebant gentiles, vivorum animalium pelles incidere, atq; cor exinde extrahere idq; Idolis adolere.*) R. Schimeon F.G. ait, tum demum pelles istas illicitas censeri, quando foramen quod in iis comparet, rotundum est, (*hoc enim vero indicio esse illud foramen eximendo cordi fuisse factum*;) at vero si in pelle aliqua foramen oblongum sit, nihil prohibere quo minus ea uti liceat, (*cum illud foramen nequaquam eximendo cordi, sed tantum ad mactandum animal, factum sit.*) Carne, quæ in eo statu est ut ad sacrificium idoleo inferri debeat, uti licet; at illâ, quæ ex idoleo effertur, nequaquam, quippe reputatur pro sacrificio manium; sic censente R. Akiba. Cum Idololatris profana templa petentibus negotiari non licet; at licet negotiari cum iisdem inde exeuntibus.

ד

נודות הע״א וקנקניהן ויין
של ישראל כנוס בהן אסורין
ואיסורן איסור הנאה דברי
ר׳ מאיר וחכמים אומרים
אין איסורן איסור הנאה:
החרצנים והזגין של ע״א
אסורין ואיסורן איסור
הנאה דברי ר׳ מאיר
וחכמים אומרים לחין
אסורין יבישין מותרין:
המורייס וגבינת בית אונייקי
של ע״א אסורין איסור
הנאה דברי ר׳ מאיר
וחכמים אומרים אין איסורן
איסור הנאה:

IV.

Utres coriacei Idololatrarum, & (*fictiles*) lagenæ illorum (*veteres, quibus jam vinum fuit infusum,*) tum vinum quoque Judaicum, quod talibus continetur, pro interdictis habenda, suntque in tantum interdicta, ut ne quidem ulla ratione commodum ex iis percipere liceat; ita censente R. Meir. At vero Sapientes dicunt, non in tantum hæc prohiberi, ut nullum prorsus commodum exinde percipere liceat. Acini uvarum, & folliculi earundem ad gentiles pertinentes, (*post expressum inde vinum*) prohibiti sunt, & quidem in tantum, ut ne ullum quidem commodum exinde percipere liceat; quæ quidem est sententia R. Meir. At vero Sapientes statuunt, prohiberi tantum acinos & folliculos virentes, (*talesq; reputantur quoad ab expressione menses XII. effluxerint,*) non prohiberi arefactos, (*ne quidem in comestione.*) Muria sive pinguedo piscium (*quam vino condire moris est,*) & casei qui in Beth Onjaki (*pago, ubi vituli fere omnes qui ibi edebantur, victimæ fiebant idolis, & e quarum ventriculis dein-*

deinde lactis parabatur coagulum,) ab Idololatris conficiuntur, in tantum prohibiti sunt, ut nulla ratione commodum ex iis percipere liceat; Sic sentiente R. Meir. At vero Sapientes existimant, commodum aliquod ex iis percipere neutiquam nefas esse.

ה

אמר ר׳ יהודה שאל ר׳
ישמעאל את ר׳ יהושע ב
כשהיו מהלכין בדרך אמר
לו מפני מה אסרו גבינות
הע״א אמר לו מפני שם
שמעמידין אותה בקיבה של
נבילה אמר לו והלא קיבת
עולה חמורה מקיבת נבילה
אמרו כהן שדעתו יפה שו
שורפה חיה ולא הודו לו
אבל אמרו אין נהנין ולא
מועלין חזר ואמר לו מפני
שמעמידין אותו בקיבת
עגלי ע״א אמר לו אם כן
למה לא אסרוה בהנאה
השיאו לדבר אחר אמר

V.

Refert R. Jehuda, quaesivisse aliquando, cum una iter facerent, R. Ismaëlem ex R. Josua, dicendo: Quare prohibiti sunt casei Idololatrarum, (*ita ut iis vesci nefas sit?*) Respondit is: Ideo prohibentur, quia lactis coagulú faciunt illi homines ventriculo morticinorum. Excepit alter: Annon ventriculus holocausti longe severiore interdicto illigatur, quam ventriculus morticini (*nam nihil prorsus ex holocausto in usum aliquem profanum convertere aut cibo absumere licet, argumento praecepti quod est* Deut. XIII, 17.) & tamen exstat traditio, docuisse veteres, Sacerdotem, cui id collibitum est, lac quod intra ventriculum holocausti continetur

לו ישמעאל אחי היאך א
אתה קורא כי טובים דודיך
מיין או כי טובים דודיך
אמר לו כי טובים דודיך
אמר לו אין הדבר כן ש
שהרי חבירו מלמד עליו ל
לריח שמניך טובים:

netur ſorbere poſſe: atque etiamſi hanc ſententiam minime collaudarint Sapientes, nihilominus dixerunt, non quidem conveniens eſſe ut illud commodum ex ventriculo holocauſti percipiatur, interim tamen non id peccatum magnum eſſe ſi id fiat, (*cum lac illud ventriculi fere pro excremento habeatur, quod in inteſtinis ſervatur.*) Ibi aliam cauſam allegare, R. Joſua & dicere; ideo non licere comedere caſeos illos, eo quod lactis coagulum fiat vitulis, qui in honorem idolorum fuere mactati. Adverſus hanc reſponſionem rurſus excepit R. Iſmaël dixitque: Si hæc genuina cauſa eſt, quare ſola comeſtio prohibita, & quare non ipſa quoque commodi perceptio prohibetur? Tum R. Joſua (*reſponſum porro declinans, & veram cauſam ediſſere nolens, quia nondum XII. menſes effluxerant a condito hoc interdicto; non ſolebant autem ante eum terminum publicare interdictorum rationes, quia opus erat ut prius interdictum in omniũ veniret notitiã,*) R. Iſmaëlem ad aliud argumentum deduxit, aitque: Iſmaël Frater mi, quomodo tu effers verba ſequentia (Cant. I. 3.) anne כי טובים דודיך מיין aut כי טובים דודיך (h.e. *anne ita accipis verba quaſi Deus Synagogam, an vero Synagoga Deum alloquatur, & legũne* dodecha, *an vero* dodaich?) Reſpondit R. Iſmaël *dodaich* legendum videri. Tum regeſſit R. Joſua: haudquaquam ita res ſe habet, nam illud quod proxime ſequitur, docet quæ vera ſit lectio; cum enim ſequatur לריח שמניך id indicio eſt legendum quoq; eſſe טובים דודיך (*legendum inquam eſſe* dodecha, *non* dodaich. *Atq; ſen-*

ſus di-

ſus dicti eſt: Ea quæ Sapientes conſtituerunt, magis mihi arrident quam quod ipſa Lege imperatur.)

ו

אילו דברים של עא״א א
אסורין ואין איסורן איסור
הנאה חלב שחלבו ע״א ואין
ישראל רואיהו והפת והשמן
שלהן ר׳ ובית דינו התירו
בשמן ושלקות וכבשין ש
שדרכן לתת לתוכן יין וח
וחומץ וטרית טרופה וציר
שאין בה דגה כלבית ש
שוטטת בו והחילק וקורט
של חלתית ומלח סלקונטית
הרי אלו אסורים ואין א
איסורן איסור הנאה:

VI.

EÆ, quæ ſequuntur res Idololatrarū interdictæ ſunt, ſed non in tantum, quo minus commodum aliquod ex iis percipere liceat. Videlicet Lac, quod mulſit Idololatra abſente Judæo, (*nam ſuſpicio eſt, illi immixtum eſſe lac ſuillum, aut alterius animalis immundi*:) Panis quoq; eorundem, (*quippe ſuſpicio eſt, maſſam eſſe ſubactam aquâ ſalſa in qua ſalita fuit caro,*) ut & oleum Idololatrarum, (*nam ſuſpicio eſt ineſſe illi oleo reliquias humorū lucernarum, quæ accenſa fuerant iu honorem Idolorum.*) R. vero Jehuda cum collegis judicibus oleum permisêre. (*Amplius pertinent ad claſſem rerum interdictarum*) Olera elixa, ut & olera condita, quibus affundi ſolet in conditura vinum aut acetum: item Piſces minutim conſciſſi, (*atq; ſic conditi, ita ut ſpecies a ſe invicem diſcerni non queant, & proinde conſtare non poßit annon immundi mundis permixti fuerint;*) item Muria, in qua non natat piſciculus Calbis, (*nam is creſcere ſolet in muria piſcium mundorum, atq; eidem inna-*

innatare, nequaquam vero in immundorum,) item Chilak (*genus piscis, quod parvum adhuc, squamis caret, sed cum in aliquam magnitudinem excrevit, & squamas & pinnas assumit.*) Porro Korat Chaltit (*herbæ genus cultro Idololatrarum resectum; hæc enim herba ejus est acrimoniæ, ut humores quos chalybs absorpsit, proliciat:*) denique Sal Salkuntit, (*quod erat Sal candidissimum, quodq; Romani proceres in deliciis habebant, & cui nitor ex adipe suilla parabatur.*) Hæc inquam prohibita sunt, sed non ea prohibitione, ut nullum prorsus commodum exinde percipere liceat; (*vesci tamen iis nefas est.*)

ז

אילו מותרין באכילה חלב שחלבו עא״ וישראל רואיהו והדבש והדברניורת אעפ״י שמנטפין אין בהן משום הכשר משקה וכבשין שאין דרכן לתת לתוכו יין וחומץ וטרית שאינה טרופה וציר שיש בה דגה ועלה של חלתירת וזתי גלוסקאורת המגולגלין רבי יוסי אומר השלוחין אסורין החגבים הבאים מן הסלולה אסורין

VII.

Sequentes res, etiam ad comestionem conceduntur: Lac quod mulsit Idololatra præsente Judæo; mel item & Favi; atq; hi etiamsi stillent humores, non tamen est in illis dispositio ad im̃unditiem contrahendam, qualis inest reliquis rebus humidis; Olera, quibus dum conduntur vinum aut acetum affundi non solet; item Pisces qui non tam minutim conscissi (*ut quæq; species a se invicem dignosci non possit;*) item Muria, cui innatat pisciculus Calbis; Folia herbæ Chaltis (*digitis decerpta;*) Placentæ oliva-

מן ההפתק מותרין וכן ל
לתרומה:

olivarum rotundæ. R. Jose autem contendit, olivas quæ nucleis privæ sunt, illicitas esse. Sic prohibitæ quoq; sunt cicadæ, depromtæ ex canistro (*nam ibi vinum illis affundi solet, ut mollescant;*) sed petitæ ἐκ τῆς ἀποθήκης sive e cella, licitæ sunt. Atque eadem quoque est ratio τῶν ἀπαρχῶν. (*Scilicet, Sacerdos qui suspectus est de venditione τῶν ἀπαρχῶν, si pauxillum aliquid vendere velit, tum nefas est illud emtitare, nam suspicio est venum eum exponere τὰς ἀπαρχὰς; sed si ex pleno horreo aliquid vendere velit, cessat suspicio: quippe si innotesceret venditas ab eo fuisse τὰς ἀπαρχὰς, omnium frugum quæ in horreo conduntur, jacturam pateretur; quod periculum eum temere subire velle, non est credibile.*)

פרק ג:
משנה א

כל הצלמים של עו"א אם
אסורים מפני שהן נעבדין
פעם אחת בשנה דברי ר'
מאיר וחכמים אומרים א
אינו אסור אלא כל שיש
בידו מקל או צפור או בדור
ר' שמעון בן גמליאל אומר
כל שיש בידו כל דבר:

CAPUT III.

MISCHNA I.

OMnis generis simulacra Deastrorum prohibita sunt (*in tantum, ut nullum ex iis commodum percipere, & ne vendere quidem ea, aut ignem, si lignea sint, iisdem excitare liceat;*) nam quodque eorum minimum semel colitur in anno. Sic censet R. Meir. At vero Sapientes dicunt, tam severe non prohibita esse nisi illa tantum simulacra, quæ manu sua tenent vel baculum, vel avem aut pilam. Sed

R. Simeon F. G. exiſtimat ea omnia ſimulacra prohiberi, quæ aliquid quodcunque tandem illud fuerit, manu tenent.

ב

המוצא שברי צלמים של
גוים ע״א הרי אלו מותרים
מצא תבנית יד או תבנית
רגל הרי אילו אסורים ס
מפני שכיוצא בהן נעבד:

II.

SI quis invenerit fragmina ſimulacrorum, quę gentiles colunt, ea in tantum licita ſunt (*ut commodum aliquod ex iis percipiatur*;) ſed ſi inveniat figuram manus aut pedis, ea ſic prohibetur (*ut nullum exinde commodum percipere liceat*;) nam ſimiles figuræ data opera confici ſolent, (*ut donaria offerantur Deaſtris.*)

ג

המוצא כלים ועליהם
צורת חמה צורת לבנה גו
צורת דרקון יוליכם לים
המלח רבן שמעון בן זמ
גמליאל אומר שעל שם
המכובדין אסורים שעל ת
המבוזין מותרין: ר׳ יוסי א
אומר שוחק וזורה לרוח
או מטיל לים אמרו לו א
אף הוא נעשה זבל ונאמר

III.

SI quis invenerit vaſa, in quibus exſculpta forma Solis, Lunæ, aut Draconis, ea projicito in mare ſalſū. Sed R. Simeon F. G. exiſtimat, ſolum prohiberi vaſa inſigniora quæ eas figuras inſculptas habent, (*nam ea in honorem Deaſtrorum confecta eſſe ſit veriſimile*:) At vero viliora vaſa, quibus eæ figuræ inſculptæ ſunt, nequaquam prohibita cenſeri. R. Joſe jubet ea minutim contundere,

& per

לא ידבק בידך מאומה מן החרם:

& per aërem ſpargere, aut in mare projicere, (*ne ulla ratione ex iis commodum capiatur.*)

At vero objecere illi: illud prius effectum dare non licet, (*nam ſi quis contuſorum Idolorum pulverem per aërem ſpargat,*) convertitur is in fimum (*atq; ſi hoc fimo deinde Judæus utatur, percipit utiq; ex vaſis iſtis aliquam utilitatem:*) Hoc autem repugnat dicto (Deut. XIII, 17.) *Non adhæreſcito manui tuæ quicquam de anathemate.*

ד.

שאל פרוקלום בן פלוספוס את ר"ג בעכו שהיה רוחץ במרחץ של אפרודיטי אמר ליה כתוב בתורתכם לא ידבק בידך מאומה מן החרם מפני מה אתה רוחץ במרחץ של אפרודיטי אמר לו אין משיבין במרחץ וכשיצא אמר לו אני לא באתי בגבולה היא באתה בגבולי אין אומרים נעשה מרחץ נוי לאפרודיטי אלא אומרים נעשה אפרודיטי

IV.

PErcontatus eſt Proculus Philoſophi filius R. Gamalielem in urbe Acco lavantem ſeſe in balneo Veneris, inquiens: Atqui S. E. in lege veſtra (Deut. XIII, 17.) *Non adhæreſcito manui tuæ quicquam de anathemate*; Quare igitur tu lavas in balneo Veneris? (*Iſtud enim factum illi præcepto omnino repugnare videtur, quippe redundat in te utilitas aliqua ex balneo Veneris, atq; ſic utiq; de te dici poteſt, quod tuis manibus quid adhæreat ex anathemate.*) Tum R. Gamaliel: non eſt locus reſpondendi in balneo, (*nec enim de rebus*

נוי למרחץ : דבר אחר אם
נותנים לך ממון הרבה אי
אתה נכנס לע״א שלך ערום
ובעל קרי ומשתין בפניה
וזו עומדת על פי חביב
וכל העם משתינין לפניה
לא נאמר אלא אלהיהם
את שנוהג בו משום אלוה
אסור את שאינו נוהג בו
משום אלוה מותר:

bus Divinis sacrisque agere licet homini nudo.) Sed postquam balneo egressus esset, illi dixit: Ego non intravi in Veneris terminos, sed ipsa meos ingressa est, (*balneum enim pridem conditum fuerat, & postea demum ei impositum simulacrum Veneris.*) Quin nec dicunt: Faciamus balneum aliquod, ut tanto pulchrior Venus appareat; sed hoc dici solet: Faciamus simulacrum Veneris, ut balneo decorem conciliet. Addam insuper aliam rationem: Quamvis tibi quis daret multam pecuniam, non ingredereris delubrum Deastri tui corpore nudus, aut gonorrhæâ affectus, aut ut emittas ibi urinam. At vero simulacrum Veneris hic impositum cernitur tubo illi, ubi omnes coram eo mingunt. Adde quod Scriptura signanter de Numinibus Idololatrarum interdicta sua concipit. Omnia igitur simulacra, quæ pro numine coluntur, prohibita censentur: Si quæ non colantur pro numine, ex iis utilitatem aliquam percipere licet.

ה

הגוים העובדים את ההרים
ואת הגבעות הן מותרין
ומה שעליהם אסורים

V.

SI Idololatræ montes aut colles sacros habeant, ibique cultum peragant, tum montium & collium usus non

שנאמר לא תחמוד כסף וזהב עליהם ולקחת לך ר' יוסי הגלילי אומר אל אלהיהם על ההרים ולא ההרים אלהיהם אלהיהם על הגבעות ולא הגבעות אלהיהם ומפני מה אשרה אסורה מפני שיש בה ת תפיסת ידי אדם וכל שיש בה תפיסת ידי אדם אסור אמר ר' עקיבא אני אובין ואדון לפניך כל מקום שאתה מוצא הר גבוה וג וגבעה נישאה ועץ רענן דע שיש שם ע״א:

non prohibetur; prohibentur autem ſimulacra quæ iis impoſita ſunt, Q. S. E. (Deut. VII. 25.) *Ne concupiſcas argentum vel aurum quod eſt in eis ut accipias tibi &c.* R. Joſe Galilæus (*aliam cauſam allegans*) ait; Deos habent montibus impoſitos, ſed montes nequaquam ſunt Dii eorum. Deos habent collibus impoſitos, ſed colles nequaquã ſunt Dii eorum. Quare igitur Luci ſacri uſus prohibitus eſt? Nimirum quia is paratus eſt manibus humanis; at quicquid manibus humanis in honorem Deaſtrorum paratum eſt, eo uti frui non conceditur. Tum dixit R. Akiba, ego te rem edocebo, atque controverſiam decidam coram te: Ubicunque reperies montem prælaltum, aut collem excelſum, aut arborem amœnam, ſcias hæc deſtinata eſſe cultui idololatrico.

ו

מי שהיה ביתו סמוך לבית ע״א ונפל אסור לבנותו כ כיצד יעשה כונס בתוך שלו

VI.

Si cujus domus fuerit vicina delubro Deaſtri (*ita ut idem paries & delubrum & domum claudat*) tum ſi ruat do-

ד' אמות ובונה הירה שלו ושל ע"א נידון מחצרה על מחצרה אבניו עציו ועפרו מטמאין כשרץ שנאמר שקץ תשקצנו ר' עקיבא אומר כנדרה שנאמר תזרם כמו דוה צא תאמר לו מה נדה מטמא' במשא אף ע"א ם מטמארה במשא :

mus, non licet eandem restituere, (*ne simul delubrum reparetur.*) Quid igitur facto opus? Retrocedat a priore spatio sive a delubro, quatuor ulnas, & sic domum reædificet. (*Illud autem spatium quod vacuum est inter delubrum & domum suam, fimo atq; sordibus replendum est, ne forte cæteroquin augeatur delubrum ultra vetus spatium, ex illis quatuor ulnis quæ vacuæ relictæ.*) Si area aliqua communis sit inter Judæum & Idoleum, tum instituito Judæus divisionem, relinquendo in medio quatuor ulnas vacuas, (*nullius usus futuras*) quarum dimidium ad Idoleum, dimidium ad Judæum hominem pertinet, (*atq; tantundem quantum dimidium occupat, h.e. ulnæ duæ denuo vacuæ relinquendæ sunt, ut sic de suo Judæus ulnas quatuor vacuas relinquat.*) Lapides Idolei, ligna item & pulvis ejus polluunt mortui reptilis instar, prout S.E. (Deut. VII, 26.) *Omnino detestator eam.* R. Akiba ait polluere hæc menstruatæ instar, Q.S.E. (Es. XXX, 22.) *Separabis ea ut laborantem ex mensibus; apage dices eorum cuiq;.* Vti enim menstruata polluit eos a quibus gestatur, ita etiam quod Idoli speciem atque respectum habet, polluit eos a quibus gestatur.

ז

לשה בתים הן בית שבנוי מתחלה לע"א הרי זה אסור

VII.

TRes ædium sunt differentiæ: Domus quæ sui in-

סיידו וכיירו לע״א וחידש
נוטל מה שחידש העמיד
עליה ע״א וסילקה הרי זה
מותר : שלש אבנים הן
אבן שחצבה מתחילה
לבימוס הרי זו אסורה
סיידה וכיירה לשם ע״א
נוטל מה שסייד וכייר
ומותרת העמיד עליה ע״א
וסילקה הרי זה מותרת :
שלש אשרות הן אילן שנטעו
מתחלה לשם ע״א הרי זו א
אסור גידעו ופיסלו לשם
ע״א והחליף נוטל מה
שהחליף העמיד תחתיו ע״א
וביטלה הרי זו מותר: איזו
היא אשרה כל שיש תחתיה
ע״א ר׳ שמעון אומר כל
שעובדין אותה ומעשה
בצידון באילן שהיו
עובדין אותו ומצאו

initio ad id conditur, ut Idolo inserviat, prohibita censetur. Quod si vetus ædificium dealbetur atque exornetur aut innovetur in honorem Idoli, tollit Judæus illud novum ornamentum, (*atq; tum libere ea uti potest.*) Si quis constituat in domum pridem exstructam Idolum, atq; illud postea inde removeat, licet Judæo uti domo illa. Tres lapidum sunt differentiæ: Lapis qui sui initio ad id excisus fuit, ut basin præberet Idolo, is prohibitus est. Quod si lapis pridem excisus alterius rei gratia, dealbetur, exornetur, aut innovetur in basin, illud ornamentum quod noviter accessit, tollendum est, atque tum licet uti hoc lapide. Quod si quis lapidi pridem alterius rei gratia exciso, imposuerit Idolum, atq; illud deinde removeat, tum licet uti eo lapide. Tres Arborũ sacrarum sunt differentiæ: Arbor, quæ sui initio plantata fuit in honorem Idoli, censetur prohibi-

תחתיו גל אמר להן ר' ש שמעון בדקו את הגל הזה ובדקוהו ומצאו בו צורה אמר להן הואיל ולצורה הן עובדין נתיר לכם את האילן:

hibita. Quod ſi in arbore pridem plantata (*in honorem Deastri*) aliquid reſecetur, refingatur, aut immutetur, tollendum eſt quicquid mutationis acceſſit, (*imprimis vero tollere oportet ramos novos qui poſt reſectionem progerminarunt.*) Si quis ſub arbore pridem plantata, Idolum ſtatuat, atque illud deinde rurſus removeat, arbore uti licebit. Quænam dicitur ſacra arbor? Omnis nimirum ſub qua conſtitutum eſt Idolum. R. Simeon dicit eſſe omnem arborem quæ colitur. Accidit aliquando in Sidone, ut arbor aliqua impenſa coleretur ceremonia. Erat ſub ea acervus; ait itaque illis R. Simeon, ſcrutamini acervum hunc; quod cum feciſſent, invenerunt ibi ſimulacrum Idoli. Tum dixit R. Simeon, quoniam Idolum hoc præcipue ab iis colitur, arboris uſus vobis concedi poteſt.

ח

VIII.

לא ישב בצילה ואם ישב טהור ולא יעבור תחתיה ואם עבר טמא: היתה גוזלת את הרבים ועבר תחתיה טהור: וזורעין ת תחתיה ירקות בימות הג הגשמים אבל לא בימות

NOn licet homini captare umbram, quam ſpargit truncus arboris falſo numini dicatæ. Si vero ſedeat ibi nullam exinde contrahit impuritatem. Non licet tranſire ſub ſimili arbore, atq; ſi quis id faciat, polluitur. Quod ſi fuerit ibi via publica, qua omnes

החמה והחורין לא בימות
החמה ולא בימות הגשמים
ר׳ יוסי אומר אף לא ירקות
בימות הגשמים מפני ש
שהנמירה נושרת עליהן ו
והווה להן לזבל:

mnes utuntur, atque transeat ibi Judæus, minime polluitur. Licet ſub arbore ejusmodi ſerere olera hyberno tempore, ſed æſtivo tempore idem facere non licet. (*Nimirum, hyberno tempore quo olera opus habent calore ſolis, nullam ex arbore accipiunt utilitatem; ſed vero tempore æſtivo quia arbor ſolis æſtus prohibet, hinc commodum aliquod in olera redundaret: at nefas eſt ex re idololatrica percipere utilitatem.*) Cæterum lactucam nec æſtivo nec hyemali tempore ibi ſerere licet, (*quia ſemper umbra illi eſt proficua.*) R. Joſe prohibet etiam olera ibi conſerere tempore hyemali, quia decidua fiunt folia arboris, & ſic in fimum convertuntur (*quo fimo facile Judæus homo uti poſſet ad agros ſtercorandos.*)

ט

נטל ממנה עצים אסורין
בהנאה הסיק בהן את ה
התנור אם חדש יותץ ואם
ישן יוצן אפה בו את הפת
אסורה בהנאה נתערבה
באחרות כלן אסורות
בהנאה ר׳ אליעזר אומר

IX.

SI quis ex arbore idolis dicata ligna abſtulerit, nefas eſt commodum ex iis percipere. Si talibus lignis furnum calefeciſſet, atq; is novus ſit, & nondum plene ſiccatus, deſtruere illum oportet: (*nam furnus ille ope ignis quem ligna arboris gentilibus ſacræ præbuerunt, perfectionem*

יוליך הנאה לים המלח
אמרו לו אין פדיון לע״א:
נטל הימנה כרכור אסור
בהנאה ארג בו את הבגד
הבגד אסור בהנאה נת
נתערב באחרים ואחרים
באחרים כולן אסורין ב
בהנאה ר׳ אליעזר אומר
יוליך הנאה לים המלח
אמרו לו אין פדיון לע״א:

suam atq; sic commodum ingens accepit, quale ex re Idololatrica captare non licet.) Sed, si vetus fuerit furnus, tamdiu eo abstinendum, quoad frigefiat. Quod si panem in furno simili quis excoxisset, nullum licet ex eo pane percipere commodum: si commisceatur is panis panibus aliis, ex nullis capere licet utilitatem. R. Elieser ait, æstimationem illorum panum qui in furno excocti fuerant, abjiciendam esse in mare salsum, (*atq; tum deinde frui quem posse illis panibus. Verum hæc sententia minime admissa fuit,*) objeceruntque illi: nulla est redemtura rei idololatricæ. Si ex arbore sacra radius textoris factus fuerit, ibi nullam ex eo licet percipere utilitatem, (*nec eo uti ad texendum.*) Quod si illo texuisset vestem, ea veste (*neq; tegere se, neq; vendere illam,*) neque ullum aliud commodum exinde percipere licebit. Quod si vestis ista vestibus aliis, atque hæ rursus aliis permisceantur, tum ex nullis commodum percipere licebit. R. Eliesér ait, æstimationem illarum vestium, (*quæ per nefas confectæ*) abjiciendam esse in mare salsum; (*& tum usum illarum concedi. Sed neq; hæc sententia reperit adstipulatores,*) & rursus inculcabant illud tritum: nulla est redemtura rei idololatricæ

***

X. Quo.

X.

כיצד מבטלה קירסם וזירד נטל ממנה מקל או שרביט אפילו עלה הרי זה בטלה שפירה לצורכה אסורה שלא לצורכה מותרת:

QUomodo cessat arbor sacra esse? Si homo Idololatra amputet illius ramos, aut eos avellat, si baculum inde auferat aut scipionem, quin si vel folium unicum inde tollat, sacra esse cessat. Quod si illam arborem expoliat, sic postulante arboris conditione, (*& ut ea speciem majorem conciliet,*) illâ uti non licebit: quod si id faciat conditione arboris minime sic postulante, licebit ea uti.

פרק ד:
משנה א

CAPUT IV.
MISCHNA I.

ר' ישמעאל אומר שלשה אבנים זו בצד זו בצד מרקולים אסורות ושתים מותרות וחכמים אומרים שנראות עמו אסורות ושאין נראות עמו מותרות:

SIc tradit R. Ismael: tres lapides quorum duo infra juxta se positi sunt, tertius autem his incubat, si vicinæ sint statuæ Mercurii, (*nec ultra quatuor ulnas inde distent,*) prohibiti censentur; duo autem censentur liciti (*nam acervus qui in honorem Mercurii paratur, minimum tribus lapidibus constat.*) Sed Sapientes dicunt, lapidum illos acervos qui simul cum statua

Mercurii videri possunt, prohibitos censeri; eos autem qui cum eâ videri nequeunt, haberi pro licitis.

ב

מצא בראשו מעות כסות
או כלים הרי אילו מותרין
פרכילי ענבים ועטרות של
שבולים ויינות ושמנים ס
וסלתות וכל דבר שביוצא
בו קרב על גבי המזבח
אסור:

II.

SI quis inveniat supra caput Mercurii pecunias, vestimenta aut vasa, hæc (*nisi in honorem Mercurii illic reposita fuerint,*) pro licitis habentur; sed si inveniat racemos uvarum, coronas spiceas, vinum, aut oleum, placentas aut rem aliam ejusmodi quæ in ara offerri solet in sacrificium, prohibita censentur.

ג

ע״א שהיה לה גינה או ב
מרחץ נהנין מהן שלא ב
בטובה ואין נהנין מהן ב
בטובה היה שלה ושל א
אחרים נהנין מהן בין ב
בטובה ובין שלא בטובה:

III.

SI cui simulacro numinis dedicatus fuerit hortus aut balneum, illius usus conceditur, ita tamen ut nulla inde utilitas redundet in simulacrum (*ejusq; sacrificulos.*) quod si autem redundet aliqua utilitas hinc in Idolum, utilitatem inde percipere non licet. Quod si horti aut balnei communio aliqua sit inter simulacrum & alium quemcunque, licebit inde utilitatem capere, sive commodum aliquod inde redundet in Idolum, sive nullum redundet.

IV. Si-

ד

ע"א של נכרי אסורה מיד
ושל ישראל אינה אסורה עד
שתיעבד : נכרי מבטל ע"א
שלו ושל חבירו וישראל
אין מבטל ע"א של נכרי
המבטל ע"א ביטל משמשיה
ביטל משמשיה משמשיה
מותרין והיא אסורה:

IV.

Simulacrum quod Idololatra sibi paravit, illico illicitum evadit; sed quod paravit Judæus, non evadit illicitum, nisi cultum ei detulerit. Idololatra tum suum, tum Judæi simulacrum profanare potest, (*ita ut coli amplius non queat, v. c. manum aut pedem illi ignominiose amputando.*) Sed Judæus non potest profanare, & ad cultum ineptum reddere simulacrum hominis pagani, (*nam si maxime Judæus simulacrum male tractet, non ideo cessabit cultum ei deferre Idololatra.*) Qui profanat simulacrum profanat quoque illi appensa donaria, & vasa illius ministerio dicata, (*atq. sic si Judæo tale quid obtingat, id venundare non prohibetur;*) Sed si quis profanet donaria, tum donaria evadunt licita, (*& aliquod ex iis commodum percipere licebit;*) minime autem licitum evadit Idolum.

ה

כיצד מבטלה קטע ראש
אוזנה ראש חוטמה ראש
אצבעה פחסה אע"פ שלא
חסרה ביטלה רקק בפניה

V.

Qua ratione profanat homo paganus Idolum? Si amputet extremitatem auris ejus, aut extremitatem nasi vel digiti ejus: (*Nam sic sole-*

השתין בפניה גררה וזרק
בה את הצואה הרי זו
אינה בטילה מכרה או ם
משכנה רבי אומר ביטל
וחכמים אומרים לא ביטל:

ſolebant pagani ejusmodi facto ſigno aliquo indicare, ſimulacri alicujus vetuſti religionem exſpiraſſe.) Quod ſi malleo faciem complanet, etiamſi nihil ejusdem mutilet, nihilo minus profanatur. Si vero in ſimulacrum conſpuat, aut illud permingat, vel per lutum id provolvat, aut ſordes in illud projiciat, non redditur hoc pacto profanum. (*Iſtud enim ira correptus paganus pro tempore tantum facit, quia voti a Deaſtro damnatus non eſt, rediturus paulo poſt, ubi ira deferbuit, ad priſtinam circa illud ſuperſtitionem.*) Quod ſi ſimulacrum vendat, aut in pignus det, ibi R. Jehuda dicit profanum reddi. At vero Sapientes negant fieri profanum.

ו VI.

ע״א שהניחוה עובדיה בשעת
שלום מותרת בשעת ם
מלחמה אסורה בימוסיאות
של מלכים הרי אלו אסורין
מפני שמעמידין אותה בם
בשעת שהמלכים עוברים:

EX Idolo, cujus venerationem deſeruerunt cultores ejus pacis tempore, licitum eſt (*percipere aliquod commodum, nam actum eſt de illius religione.*) Sed, ſi tempore belli cultus intermittatur, non licet comodum inde capere, (*quippe metus belli tantũ cultores aditu & veneratione prohibet.*) Arcus triumphales Regum prohibiti ſunt: hi enim eriguntur eo tempore, quo cum pompa ibi tranſitum facere debent Reges, (*atq. ſtatui-*

tur

tur supra eos Idolum, cui Reges cum transeunt divinum cultum tribuunt.)

ז

שאלו את הזקנים ברומי
אם אין רצונו בע״א למה
אינו מבטלה אמרו להן
אילו לדבר שאין צורך
לעולם בו היו עובדין
היה מבטלה והרי הן עובדין
לחמה וללבנה ולכוכבים
ולמזלות יאבד עולמו מפני
השוטים: אמרו להן אם כן
יאבד דבר שאין צורך
לעולם בו ויניח דבר שצורך
העולם בו אמרו להן אף
אנו מחזיקין ידי עובדיהן של
אלו שאומרים תדעו שהן
אלוהות שהרי הן לא בטל״ו:

VII.

Percontati sunt aliquando Senatores Romani Judæos, dicentes: Si nulla ratione Deus (*quem vos unum & verum prædicatis*) capitur Idolis, aut iis rebus, quæ nos pro Numinibus colimus, quare non tollit res illas funditus? Tum hi respondebant: Si illæ tantum res, quibus orbis minime indiget, cultu divino afficerentur, tum eas sine dubio sublaturus esset; at vero Idololatræ divino cultu afficiunt solem, lunam, stellas, sidera & planetas. Jam igitur, numquid æquū est, ut propter stultos ejusmodi Deus vastitatem orbi inferat? Ad hæc illi: Si ita se res habet, tollat igitur eas res quibus orbis non indiget (*nam & tales pagani colimus,*) relinquat vero res eas, quibus orbis opus habet. At Judæi contra respondebant: Hac ratione cultores solis atque siderum, magis confirmarentur in superstitione sua quam manibus tenent, quippe dicturi essent:

ſent: agnoſcite vere Divinitatem iis rebus, quas nos colimus, ineſſe, nam cæteris rebus e medio ſublatis hæ ſalvæ perdurant.

ח

לוקחין גת בעוטה מן ע
הע״א אע״פי שהוא נוטל
בידו ונותן לתפוח ואינו נע
נעשה יין נסך עד שירד ל
לבור ירד לבור מה שבבור
אסור והשאר מותר :

VIII.

Licitum eſt emere torcular, in quo preſſio uvarum inſtituitur ab homine pagano, etiamſi is manu ſua uvas non expreſſas capiat, easque projiciat in reliquarum uvarum acervum: neq; enim fit vinum libaminis, niſi profluxerit in vinarium; quod ſi autem profluxerit in vinarium, illud, quod in vinario exiſtit, (*ſi illud homo paganus contrectet*) prohibitum cenſetur; ſed quod extra vinarium, habendum pro licito.

ט

דורכין אם הע״א בגת
אבל לא בוצרין עמו ישראל
שהוא עושה בטומאה לא
דורכין ולא בוצרין עמו א
אבל מוליכין עמו חביות
לגת ומביאין עמו מן הגת:
נחתום שהוא עושה ב

IX.

Licitum eſt uvas calcare cum homine pagano, in eodem torculari, ſed non licet cum eo vindemiare. At vero cum Judæo in impuritate conſtituto, nec calcare nec vindemiare licet; interim tamen fas eſt cados cum eo devehere ad torcular, atque inde quoque evehere.

Cum

בטומאה לא לשין ולא עורכין עמו אבל מוליכין עמו פת לפלטר:

Cum pistore in impuritate constituto, nec massam subigere, nec panes conficere licet; licet tamen cum eo panes ad panivendum deferre.

X.

עא״ שנמצא עומד בצד הבור של יין אם יש לו עליו מלוה אסור אין לו מלוה עליו מותר נפל לבור ועלה ומדדו בקנה התיז את הצרעה בקנה או שהיה מטפח על פי חבית מרותחת בכל אלו היה מעשה ואמרו ימכר ורבי שמעון מתיר נטל את החבית וזרקה בחמתו לבור זה היה מעשה והכשירו:

IDololatra si deprehensus fuerit stans juxta cisternam vinariam, atque is Judæo pecuniam mutuo dederit, ita ut hic vinum eo nomine ei oppigneraverit, tum vinum illicitum censetur. Si nullam pecuniam Judæo mutuo dedit, vinum pro licito erit. Quod si fuerit Idololatra prolapsus in cisternam vinariam, atq; inde egrediatur, vel illius profunditatem virgula mensoria exploret, aut scipione crabronem qui in vinum forte inciderat, inde removeat, aut si fæces a ferventi dolio segreget, qui omnes casus aliquando accidisse feruntur, ibi dixerunt Sapientes, vinum illud τῷ ἔξω vendendum esse (*neq; prohiberi dominum utilitatem exinde capere.*) Quin adeo R. Simeon, vinum illud haurire quem posse censet. Quod si quis iratus dolium accipiat, idque projiciat in

cisternam vinariam, qui & ipse casus aliquando accidit, de eo inter omnes conveniebat, id vinum licite bibi posse.

י״א

המטהר יינו של עא״ ונותנו ברשותו ובבית הפתוח לל לרשות הרבים בעיר שיש בה עא״ וישראלים מותר בעיר שכולה עא״ אסור עד שיושיב שומר ואין שמ השומר צריך להיות יושב ומשמר אעפ״י שהוא יוצא ונכנס מותר ר׳ שמעון בן אלעזר אומר כל רשות ע עא״ אחת היא:

XI.

SI quis Judæus, dum homo Idololatra vinū expressit, præsens fuerit eo fine, ut legitime paretur, (*& ne id contrectet gentilis*,) quoniam illud ab eo jam dum emit; ibi si id relinquat in potestate Idololatrę hominis, in domo cujus fores patent in plateam publicam, & tali in urbe quam Judæus ac Israëlitæ inhabitant, vinum licitum evadit: Quod si vero eam urbem soli Idololatræ inhabitent, evadit illicitum, nisi quidem custos fuerit appositus. Neque vero necesse est, ut custos assidue ibi præsens sit, vinumque custodiat: Sed si vel maxime tantum aliquando præsens sit, aliquando recedat, licitum vinum erit. At R. Simeon F. Eleasaris ait, rei in potestate hominis Idololatræ relictæ semper una & eadem est ratio. (*Proinde sicut vinum soli Idololatræ non est credendum in ea urbe, quam nemo præter suæ farinæ homines incolit: Ita nec credendum id Idololatræ, si maxime in illa urbe Judæi Idololatris permixti vivant.*)

XII. Si

יב

המטהר יינו של עא״ ונותנו
ברשותו והלה כותב לו ש
התקבלתי ממך מעות מותר
אבל אם ירצה ישראל ל
להוציאו ואינו מניחו עד ש
שיתן לו את מעותיו זה ש
היה מעשה בבית שאן וא
ואסרו חכמים:

XII.

SI quis Judæus, dum homo Idololatra vinú expressit, præsens fuerit eo fine ut legitime paretur, quoniam illud ab eo jam dum emit, idq; in potestate hominis Idololatræ relinquat; atque hic instrumento dato profiteatur accepisse se vini pretium, tum vinum licitum est. Sed, si velit Judæus vinum illud auferre, neque ejus rei potestatem faciat homo Idololatra, quoad ipse pretium persolvat, quale quid in Beth-Schean accidisse fertur, eo casu Sapientes illicitum esse id vinum pronunciarunt.

פרק ה:

משנה א

השוכר את הפועל לעשות
עמו ביין נסך שכרו אסור
שכרו לעשות עמו מלאכה
אחרת אעפ״ שאמר לו העבר
לי חבית של יין נסך ממקום
למקום שכרו מותר השוכר

CAPUT V.

MISCHNA I.

SI gentilis conducat operarium Judæum, ut sibi operam locet in conficiendo vino libaminis, tum mercedem accipere Judæus prohibetur. Quod si vero eum conducat, ut sibi alia opera perficiat, etiamsi postea ei dicat; trans-

את החמור להביא עליה יין
נסך שכרה אסור שכרה
לישב עליה אע״פ שהניח
ע״א לגינו עליה שכרה
מותר:

transfer mihi cadum hunc vinarium vino libaminis plenum ex loco hoc in alium, tum mercedé accipere licebit. Si homo Idololatra conducat Judæi asinum, ut eo utres vini libaminis devehat, mercedem accipere nefas est; quod si vero asinum conducat Idololatra ut ipse eodem vehatur, etsi postea illi quoq; lagenam vini libaminis simul imponat, licet accipere mercedem.

ב

יין נסך שנפל על גבי ענבים
ידיחן והן מותרות ואם היו
מבוקעות אסורות נפל על
גבי תאנים או על גבי
תמרים יש בהן בנותן טעם
אסור׳ מעשה בביתוס בן
זונן שהביא גרוגרות ב
בספינה ונשתברה חבית
של יין נסך ונפל על גביהן
ושאל לחכמים והתירום
זה הכלל כל שבהנאתו
בנותן טעם אסור כל שאין

II.

Quod si vinum libaminis perfusum fuerit super uvas Judæi hominis, tum si hæ abstergantur, licitæ evadunt, (*modo integra sint grana*;) sed si fissa fuerint, illicitæ redduntur uvæ. Quod si super ficus aut dactylos effusum fuerit vinum, atque tanta ejus sit quantitas, ut hi fructus saporem inde contrahere queant, evadunt illiciti. Accidit aliquando ut Baitos F. Sunan, in navem ficus inferret, atque ibi dolium vini libaminis confringeretur, & eo vino ficus humectarentur; ibi

בהנאתו בנותן טעם מותר
כגון חומץ שנפל על גבי
גריסין:

ibi consuluit Sapientes, qui eo vino uti eum posse pronunciarunt. Hæc tenenda est regula: quandocunque ex sapore vini libaminis res melior redditur, ita ut humefacta magis sapida fiat, ibi res illa redditur illicita; at si ex sapore vini libaminis, res reddatur deterior, ita ut humefacta minus fiat sapida, ibi res illa evadit licita, uti si acetum superfusum fuerit fabis.

ג

ע״א שהיה מעביר עם
ישראל כדי יין ממקום ל
למקום אם היה בחזקת
המשתמר מותר אם הודיעו
שהוא מפליג כדי שישתום
ויסתום ויגוב רשב״ג אומר
כדי שיפתח את החבית
ויגוף ותיגוב:

III.

SI quis Idololatra cum Judæo cados vinarios transferat ex uno loco in alium, atq; paululũ recedat Judæus, tum si Idololatra in perpetuo metu sit reversurum Judæum, vinum manet licitum. Sed si Judæus Idololatræ notũ faciat se paulum discedere velle, atq; illud spatium tantum sit, ut interea dolium possit perforari, obturari atque abstergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F.G. ait, si tantum sit spatium ut operculum dolii possit aperiri, claudi deinde rursus atque abstergi, tum in casum illiciti incidere vinum.

ד

המניח יינו בקרון או בס

IV.

SI quis Judæus in curru aut

בספינה והלך לו בקפנדריא
נכנס למדינה ורחץ מותר
אם הודיעו שהוא מפליג
כדי שישתום ויסתום ויגוב
רשב״ג אומר כדי שיפתח
את החבית ויגוף ותגוב
המניח ע״א בחנות אע״פי
שיצא ונכנס מותר ואם
הודיעו שהוא מפליג כדי
שישתום ויסתום ויגוב
רשב״ג אומר כדי שיפתח
את החבית ויגוף ותיגוב:

navi *(hominis Idololatræ)* repositum habet vinũ suum, atq; compendium viæ facturus, inde abeat, aut lavandi corpus causa in villam secedat, manet vinum licitum. Sed si significet gentili sese paulum discedere velle, atq; per illud spatium absit ut interea dolium possit perforari, obturari atque abstergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F. G. ait, si tantum sit spatium ut operculum dolii possit aperiri, claudi deinde rursus atque abstergi, tum in casum illiciti incidere vinum.

Si quis Judæus relinquat gentilem in taberna sua vinaria, etiamsi modo accedat, modo recedat Judæus, vinum quod est in taberna manet licitum; Sed si Judæus gentili notum faciat se paulum discedere velle, atque per illud spatium absit ut interea dolium possit perforari, obturari atque abstergi, vinum illicitum redditur. R. Simeon F. G. ait, si tantum sit spatium, ut operculum dolii possit operiri, claudi deinde rursus atq; abstergi, tum in casum illiciti incidere vinum.

ה

V.

היה אוכל עמו על השלחן
והניח לגין על השלחן ולגין

SI cum Judæo homo gentilis, in eadem mensa cibum capiat, atque Judæus

על הדרולבקי והניחו ויצא מה שעל השלחן אסור ומה שעל הדרולבקי מותר ואם אמר לו הוי מוזג ושותה אף שעל הדרולבקי אסור : חביות פתוחות אסורות סתומות כדי שיפתח ויגוף ותיגוב:

habeat lagenam unam in mensa, alteram in abaco repositam, relinquat autem Judæus gentilem solum atq; discedat, tum quæ in mensa est lagena illicita evadit, sed quæ super abaco est manet licita. Quod si autem Judæus gentili dicat: misce tibi interea vinum & bibe, tum etiam quod super abaco repositum est vinum, illicitum evadit. Quin & dolia aperta si ibi sint, illicita redduntur, obturata vero non nisi ubi per tantum spatium abfuerit Judæus, ut operculum removeri, claudi rursus atque abstergi queat.

ו

בלשת עו״א שנכנסה לעיר בשעת שלום חביות פתוחות אסורות סתומות מותרות בשעת מלחמה אלו ואלו מותרות לפי שאין פנאי לנסך:

VI.

TUrma militum prædonum ex gentilibus si urbem ingressa fuerit, secum advehens cados vini quos alibi rapuere, tum si id pacis tempore eveniat, dolia aperta pro illicitis, clausa pro licitis habentur. Sed belli tempore tam hi quam illi cadi liciti sunt; nec enim tantum iis conceditur otium ad faciendum libamentum.

ז

האומנין של ישראל ששלח להם ע״א חביות של יין נסך בשכרן מותרין לומר לו תן לנו את דמיהם משנכנסו לרשותן אסור: המוכר יינו לע״א פסק עד שלא מדד דמיו מותרין מדד עד שלא פסק דמיו אסורין: נטל את המשפך ומדד לתוך צלוחיתו של ע״א וחזר ומדד לתוך צלוחיתו של ישראל אם יש בו עכיבת יין אסור המערה מכלי אל כלי את שעירה ממנו מותר ואת שעירה לתוכו אסור:

VII.

SI quis Idololatra operariis Iſraëlitis, quos conduxerat, pro mercede cados vini libaminis mittat, licitum eſt Judæis operariis dicere: da nobis potius pretium illorum; idem tamen dicere non licet, poſtquam cados vinarios ſemel acceptarunt. Si quis vinum ſuum vendat Idololatræ, atque de pretio convenerit antequam menſuraverit id vinum, tum pretium venditionis accipere licet: Sed ſi prius menſuraverit vinum antequam conveniat de pretio, pecuniam admittere non licet. Si quis accepto infundibulo, vinum lagenæ hominis Idololatrę infundat, atque poſtea eodem infundibulo utatur ad infundendum vinum in lagenam hominis Iſraëlitæ, tum hoc poſtremum vinum quoq; illicitum evadit, ſi in infundibulo ex priore vino fuerit aliquid reſiduum. Si quis Judæus ex ſuo vaſe infundat in vas hominis Idololatræ, tum quod in Judæi vaſe reſiduum manet, licitum cenſendum eſt, quod autem effuſum, habendum pro illicito.

VIII. Vi-

ח

יין נסך אסור ואוסר בכל שהוא יין ביין ומים במים בכל שהוא יין במים ומים ביין בנותן טעם זה הכלל מין במינו במשהוא ושלא במינו בנותן טעם:

VIII.

Vinum libaminis illicitum est, ejusque minima quoque quantitas, res alias reddit illicitas. Scilicet vinum libaminis vino puro, aut aqua libaminis aquæ puræ, si immisceantur, tum quantulumcunque fuerit illud immundum, quod mundo liquori fuit infusum, hunc posteriorem immundum efficit. At, si vinum libaminis aquæ puræ, aut aqua libaminis vino puro permisceantur, ibi necesse est, ad liquorem mundum immundum efficiendum, immundi tantam esse copiam, ut mundus liquor saporem inde contrahat. Hæc ergo tenenda est regula: Si res munda & immunda ejusdem speciei permisceantur, tum quantulumcunque rei immundæ rem mundam immundam reddere; quod si vero res immunda & munda diversæ speciei permisceantur, rem mundam haudquaquam im̃undam evadere, nisi a posteriore hâc prior saporem contraxerit.

ט

אילו אסורין ואוסרין בכל שהוא יין נסך וע״א וג ועורות לבובין ושור הנ

IX.

Ea quæ sequuntur prohibita sunt, ac res alias quantalacunq; sui parte reddunt prohibitas; vinum libaminis,

הנסקל ועגלה ערופה וצ
וציפורי מצורע ושער נזיר
ופטר חמור ובשר בחלב
ושעיר המשתלח וחולין ש
שנשחטו בעזרה הרי אילו
אסורין ואוסרין בכל שהן:

minis, Idolum, pelles καρδιακὰς, bos lapidationis, junix cui caput amputatum, aves leprosi, capillus Nasiræi, asinus primogenitus, caro in lacte excocta, hircus emissarius, profana sacrificia in Sanctuario mactata; hæc inquam omnia prohibita sunt, & quantulacunque sui parte res alias reddunt prohibitas.

י

X.

יין נסך שנפל לבור כולו
אסור בהנאה רשב״ג אומר
ימכר כולו לע״א חוץ מ
מרמי יין נסך שבו:

SI vinum libaminis infusum sit cisternæ vinariæ, omne vinum quod est intra cisternam ita illicitum evadit, ut nullam exinde capere liceat utilitatem. Sed R. Simeon F. G. ait, omne vinum vendendum esse Idololatræ, ita tamen ut pretium vini libaminis quod infusum fuit segregetur, (*ejusq; nulla in venditione habeatur ratio.*)

יא

XI.

גת של אבן שזפתה ע״א
מנגבה והיא טהורה ושל
עץ רבי אומר ינגב וחכמים
אומרים יקלוף את הזפת

TOrcular lapideum, quod pice obduxerat Idololatra, abstergendum Judæo est, & tum evadit licitum: Similiter & ligneum torcular,

ושל חרס אע״פי שקלף את הזפת הרי זו אסורה׃

lar, ſecundum R. Elieſeris ſententiam, abſtergendum eſt. At Sapientes volunt picem abradendam eſſe. Si teſtaceum torcular fuerit, & maxime abradat picem Judæus, tamen adhuc eſt illicitum.

יב

הלוקח כלי תשמיש מן העא״ארת שדרכו להטביל יטביל להגעיל יגעיל ללבן באור ילבן באור השפוד והאסכלה מלבנן באור ט הסכין שפה והיא הט טהורה׃

XII.

SI quis utenſilia emat ab Idololatra, ea quæ ablutione mundari poſſunt, abluenda ſunt; quæ ferventi aquæ immitti ſolent, eidem im̃ittere oportet; quæ igne depurantur, candentia facere oportet. Veru & craticulam omnino igne mundare neceſſe eſt; ſed cultrum ſi tantum quis leviget, redditur mundus.

נשלמה מסכת עבודה זרה

EXPLICIT CODEX AVODA SARA.





מסכת תמיד

מתלמוד בבלי :

פרק א:

משנה א

בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקדש ב
בבית אבטינס ובבית ש
הניצוץ ובבית המוקד: בית אבטינס ובירת הניצוץ היו עליות והרובים שומרים שם ; בית המוקד כיפה ובית גדול היה מוקף וו
רובדים של אבן וזקני בית אב ישנין שם ומפתחות ש
העזרה בידם ופרחי כהונה איש כסתו בארץ לא היו ישנים בבגדי קדש אלא

CODEX TAMID

TALMUDIS BABYLONICI.

CAPUT I.

MISCHNA I.

IN tribus locis Templi excubias agebant Sacerdotes: in domo Abtinas, in domo Nizoz, & in domo Focaria. Domus Abtinas, & domus Nizoz erant structuræ editæ, ibique excubias agebant Sacerdotes juvenes, (*quorum genas prima lanugo vestiebat.*) Domus focaria, ædificium erat magnum fornicatum, quod undique cinctum erat scamnis lapideis, atque Seniores Sacerdotum qui in templo ministrabant ibi dormiebant, claves Atriorum tenentes manibus. Juniores autem Sacerdotes humi super stragulis cubabant; nec

פושטין ומקפלין ומניחין א
אותן תחת ראשיהן ומתכסין
בכסות עצמן אירע ל
קרי לאחד מהן יוצא והולך
לו במסיבה ההולכת תחת
הבירה והנרות דולקין ם
מכאן ומכאן עד שהוא ם
מגיע לבית הטבילה ום
ומדורה היתה שם ובית
כסא של כבוד וזה היה
כבודו מצאו נעול יודע ם
שיש שם אדם פתוח יודע
שאין שם אדם : ירד וטבל
עלה ונסתפג ונתחמם כנגד
המדורה בא וישב לו אצל
אחיו הכהנים עד שהשערים
נפתחים ויוצא והולך לו:

nec enim dormiebant in veſtibus ſacris, ſed eas exuebant atque complicatas capitibus ſubſternebant, veſtibus autem ſuis profanis quisque ſe tegebat. (*Lectorum quippe uſus in Sanctuario nullus erat, prorſus uti nec in lectis cubare ſolent, qui in aulis Regum excubias agunt.*) Si quis ex illis caſum nocturnum paſſus eſſet, exibat deſcendens per ſcalam cochlearem, quæ ſub fabricam templi ducebat, ibi lucernæ hinc & hinc pendebant, quoad perveniret ad domum ablutionis, ubi pyra ardebat, ac prope erat locus ſeceſſus honoratior; honor autem in eo conſiſtebat, ut ſi quis clauſum illum locum reperiret, noſſet eſſe quendam intus, (*nec illac ingrederetur*;) ſi autem apertus locus eſſet, exinde colligeret neminem ibi degere. Poſtquam igitur deſcendit, abluebat ſeſe, atque tum aſcendebat abſtergens ſe & calefaciens ad ignem pyræ. Reverſus conſidebat juxta fratres Sacerdotes, quoad portæ aperirentur, atque tum exiens diſcedebat. (*Neq; enim ei qui ob immunditiem ſeſe abluerat, in templo morari concedebatur.*)

ב

מי שהוא רוצה לתרום את
המזבח משכים וטובל עד
שלא יבא הממונה וכי בא
באיזו שעה הממונה בא
לא כל העתים שוות פעמים
שהוא בא מקריאת הגבר
או סמוך לו מלפניו או מ
מלאחריו הממונה באודופק
עליהם והם פתחו לו אמר
להן מי שטבל יבא ויפים
הפיסו זכה מי שזכה :

II.

SI quis vellet ab altari removere cineres, is summo mane surgebat atque corpus abluebat, antequam adveniret Præfectus Sacerdotum. Quando igitur adventare solebat Præfectus? Non hoc fiebat statis temporibus : aliquando adventabat circa gallicinium, nunc paulo ante, alias paulo post. Adventans Præfectus pulsabat fores domus focariæ, cui, qui ibi erãt, easdem aperuerunt. Tum ait illis : Qui corpus abluit, veniat atque subeat sortitionem. In sortitione autem is cui fortuna favebat, superior evasit. (*Fiebat ista sortitio numeratione , ut is scilicet munus sacrum acciperet , quem numerus ille qui fuerat definitus v. c. 50. 100.300. &c. tangebat. Nimirum stabant in orbe Sacerdotes qui sortitionem subibant, atq; is a quo numerandi factum erat initium, caput denudabat, ut dignosci posset ,. reliqui digitum unum exporrigebant, atq; horum digitorum fiebat computatio , nec enim licebat personas numerare.*)

ג

נטל את המפתח ופתח

III.

PRæfectus accepta clave

(ab

ארת הפשפש ונכנס מבית המוקד לעזרה ונכנסו אחריו ושתי אבוקות של אור בידם ונחלקו לשתי כתות אלו הולכין באכסדרה דרך המזרח ואלו הולכין באכסדרה דרך המערב היו בודקין והולכין עד שמגיעין למקום בית עושי חביתים הגיעו אלו ואלו אמרו שלום הכל שלום העמידו עושי חביתים לעשות חביתין:

(*ab iis qui eam tenebant,*) ostiolum, quod erat juxta domum focariam aperuit, atque ex ea in atrium progrediebatur, quem reliqui Sacerdotes sequebātur, inter eos duo faces ardentes manibus tenebant. Ibi in duas catervas sese dividebant, quarum una per exedram sive potius porticum orientem versus gradus promovebat, altera vero per eandem porticum ad occidentem pergebat. Sic circumeuntes omnia explorabant, quoad perveniebant in locum ubi erat domus parantium munus similæ (*quod quotidie offerebatur.*) Cum eo ambæ catervæ delatæ essent, quærebant: numquid pax est? atque mutuo respondebant: Sunt omnia in pace. Postea hic loci relinquebant eos, qui similæ munus parare debebant.

ד

IV.

מי שזכה לתרום את המזבח הוא יתרום ארת המזבח והם אל״ הזהר

(P*ostea inclamavit Præfectus:*) Is, cui sors assignavit munus converrendi altaris, converrito illud. (*Quo,*

שמא תגע בכלי עד שתקדש
ידיך ורגליך מן הכיור והרי
המחתה נתונה במקצוע בין
הכבש למזבח במערבו של
כבש אין אדם נכנס עמו
ולא נר בידו אלא מהלך
לאור המערכה : לא היו
רואין אותו ולא שומעין
את קולו עד ששומעים
קול העץ שעשה בן קטין
מוכני לכיור והן אומרים
הגיע עת קידש ידיו ורגליו
מן הכיור נטל מחתת ש
הכסף ועלה לראש המזבח
ופנה את הנחלים הילך
והילך וחתה מן המאוכלות
הפנימיות וירד : הגיע ל
לרצפה הפך פניו לצפון
והלך למזרחו של כבש כ
כעשר אמות צבר את ש
הנחלים על גבי הרצפה

(*Quo in medium prodeunte,*) reliqui ad eum conversi ajebant : Cave tibi ne vas sacrum ullum attingas, priusquam manus tuas pedesque lotione sanctificaveris ex labro ; (*Nec enim licebat cuiquam ministerio sacro fungi, nisi manibus & pedibus prius lotis. Postea dicebant : cave insuper tibi, ne vase alieno utaris,*) atque ecce patera carbonaria (*qua tibi utendum,*) jacet in angulo inter clivum sive ascensum ad altare, ipsumque altare, in parte occidentali clivi. Nemo homo illum comitabatur, neque manu tenebat lumen, sed beneficio fulgoris ex strue in altari ardentis, procedebat. Nemo illum videre, aut sonum ejus exaudire poterat, antequam perciperetur fragor ligni ex machina aquatili, quam fieri fecerat Katinides (*Pontifex,*) ut per eam educeretur aqua ex mari Templi in labrum. At percepto hoc sonitu, dicebant Sacerdotes : in præsentia

רחוק מן הכבש שלשה טפחים מקום שנותנין מוראת העוף ודישון מזבח הפנימי והמנורה :

tia ipse lavat manus suas & pedes suos ex labro. Postea sumit pateram carbonariam argenteam, atque conferens sese ad summitatem altaris, carbones hinc & hinc disturbat, atq; intimis carbonibus maximeq; consumtis pateram implet, mox inde descendens. Ubi in pavimentum pervenit, conversa facie versus Septentrionem, ad latus clivi orientale per decem cubitos procedens, effundit carbones in pavimento, remotus a clivo palmos tres, in loco nimirum quo projicere solent ingluviem avium & cineres altaris intimi, cineresq; candelabri.

פרק ב :

משנה א

ראוהו אחיו שירד והם רצו ובאו מהרו וקדשו ידיהן ורגליהן מן הכיור נטלו את המגריפות ואת הצינורות ועלו לראש המזבח האברין והפדרין שלא נתאכלו מבערב סונקין אותם לצדדי המזבח אם אין הצדדים מחזיקין סודרין אותם בסובב על הכבש :

CAPUT II.

MISCHNA I.

Cum vidissent fratres ejus ipsum descendisse, tum (*duodecim ex iis*) festinanter accurrentes, sanctificabant manus suas atq; pedes suos ex labro: deinde sumtis batillis & forcipibus, conferebant se ad summitatem altaris, atque membra & intestina, quæ pridie non erant igne absumta, in latera altaris semovebant. Quod si vero latera membra hæc non caperent, reponebantur in ambitu ea parte quæ clivo est contigua.

ב

החלו מעלין באפר על גבי
התפוח ותפוח היה באמצע
המזבח פעמים עליו כשלש
מאות כור וברגלים לא היו
מדשנין אותו מפני שהוא
נוי למזבח מימיו לא נת
נתעצל הכהן מלהוציא את
הדשן:

II.

DEhinc cineres coacervare cœperunt super pomum sive globum cinereum. Atque pomum illud erat in medio altaris, & interdum quantitate sua exequabat coros circiter 300. *(eumque cinerem, cum vacabat, Sacerdotes removebant.)* Cæterum, in Festis imprimis solemnioribus, data opera non auferebantur inde cineres, nam id altari decorem conciliabat. Nunquam autem pigrities in causa erat, quo minus Sacerdotes altare a cineribus liberarent.

ג

החלו מעלין בגזירין לסדר
את המערכה וכי כל העצים
כשרין למערכה הין כל ש
העצים כשרין למערכה חוץ
משל זית ושל גפן אבל ב
באלו רגילין במרביות של

III.

DEhinc afferebant segmenta lignorum ut struem ordinare possent. At vero numquid omnia ligna apta erant conficiendæ strui? Utique. Ad conficiendam struem apta erant ligna omnia, excepto ligno olivæ, & vitis: *(sive quia hæc ligna alendo igni minus inserviunt, &*

statim

תאנה של אגוז ושל עץ שמן:

ſtatim in cineres rediguntur: ſive quia oleæ & vitis in humana vita magnus uſus eſt; atq; ſic vineæ & oliveta, imo tota regio Iſraëlitica, damnum ingens ſenſiſſent, ſi oleæ & vites igni altaris pabulum præbuiſſent.) Interim uſus maximus erat lignorum ex ficu arbore, itemque ex nuce & pinu.

ד

סדר המערכה גדולה מ
מזרחה וחזיתה מזרחה
וראשי הגיזרין הפנימיים
היו נוגעים בתפוח וריוח
היה בין הגיזרין שהיו מצ
מציתין את האליתא משם:

IV.

PRimum adornata fuit ſtrues magna Orientalis quatenus orientem reſpicit, (*quæ comburendo ſacrificio jugi inſerviebat, eaque magna dicta eſt reſpectu duarum altarum quæ minores erant; & quarum una carbones præbebat ſuffitui, altera alendo perpetuo igni dicata erat,*) atque extrema intima lignorum attingebant pomum ſive acervum cinereum. Erat autem ſpatium inter ipſa ſegmina lignorum, ut ea faculis ſubjectis ignem concipere poſſent.

ח

בררו משם עצי תאנה יפין
לסדר המערכה שנייה ל
לקטורת מכנגד קרן מע
מערבית דרומית משוך מן

V.

SEligebant ibi (*incurri quadam atrii mulierum, ubi ligna aſſervabantur,*) ligna ficus pulchriora, ad adornandam ſtruem lignorum, (*quæ requireba-*

הקרן כלפי צפון ארבע א
אמות בעומד חמש סאין
גחלים ובשבת בעומד ש
שמונה סאין גחלים ששם
היו נותנין שני בזיכי לבונה
של לחם הפנים : האיברים
והפדרים שלא נתאכלו
מבערב מחזירין אותן ל
למערכה הציתו שתי ש
המערכות באש וירדו ובאו
להם ללשכת הגזית:

rebatur comburendo jugi ſacrificio.) Tum iterata ac nova ſelectione eligebant ligna redigenda in carbones ad faciendum ſuffitum: atq; ea ſtrues fiebat in cornu quod eſt inter occidentem & auſtrum, ita tamen ut ignis ab extremitate cornu hujus verſus Septentrionem, cubitos quatuor declinaret. Hinc (*cum faciendus ſuffitus erat*,) capiebantur circiter ſata quinque prunarum; at in Sabbato, prunarum circiter ſata octo. Tum enim (*præter ſuffitum ordinarium*,) adolebatur inſuper thus, quod erat in duabus acerris repoſitis juxta panem facierum. Sic deinde imponebantur ſtrui membra & inteſtina, quæ pridie igne non fuerant abſumta. Tum denique ignis ſubjiciebatur utrique strui, atque poſtea recedentes Sacerdotes, in conclave quod ex cæſo lapide ſtructum ſe conferebant, (*ut porro facerent ſortitiones.*)

פרק ג:

משנה א

אמר להם הממונה בואו
והפיסו מי שוחט מי זורק

CAPUT III.

MISCHNA I.

NUnc amplius ajebat illis Præfectus: Adeſte & ſortitionem facite, quis mactare de-

מי מרשן מובח הפנימי מי
מדשן ארת המנורדה מי
מעלה אברים לכבש הראש
והרגל ושתי הידים העוקץ
והרגל החזה והגרה ושתי
הדפנות הקרבים והסלת
והחביתים והיין הפיסו זכה
מי שזכה:

re debeat Sacrificium juge; quis ſpargere illius ſanguinem; quis removere ab altari intimo cineres; quis removere cineres a candelabro; quis ad clivum deportare debeat partes ſacrificii; caput nimirum cum pede uno poſteriore; pedes duos anteriores; caudam cum altero pede poſteriore, pectus, guttur, bina latera, inteſtina quoque, tum ſimilam, & decimam Ephæ (*quam quotidie offerebant Sacerdotes;*) denique vinum. (*Hæc enim omnia ordine geſtabantur, atq; iis deferendis opus erat Sacerdotibus tredecim.*) In hac vero ſortitione, is qui fortunam faventem habebat, muneribus iſtis fuit admotus.

ב

אמר להם הממונה צאו
וראו אם הגיע זמן ש
השחיטה אם הגיע הרואה
אומר ברקאי מתיא בן ש
שמואל אומר האיר פני
כל המזרח עד שהוא ב
בחברון והוא אומר הין:

II.

POſtea ajebat illis Præfectus: Ite & videte num adſit tempus mactationis. Cum illuxiſſet, Speculator diei clamabat: ברקאי (h.e. *jam ſol fulgorem oſtendere occipit*:) At Matthias Samuelis F. ait quæſitum ab eo fuiſſe, num totus oriens tam ſerena luce fulgeat, ut Hebron quoq; in conſpectum cadat? (*Illius enim urbis ſpeciatim habebatur ratio, quia*

quia ibi Patriarcharum corpora condita erant;) quod si igitur res se ita haberet, respondebat Speculator: Utique.

ג

אמר להם צאו והביאו ט
טלה מלשכת הטלאים
והרי לשכת הטלאים היתה
במקצוע צפונית מערבית
וארבע לשכות היו שם
אחת לשכת הטלאים ואחת
לשכת החותמות ואחת
לשכת בית המוקד ואחת
לשכה שהיו עושין בה לחם
הפנים :

III.

Deinde dixit ipsis Præfectus: Ite atque adducite agnum ex cella agnorum, (*ibi enim perpetuo agni sex aßervabantur.*) Fuit auté cella agnorum in angulo qui est inter Septentrionem & Occasum, atq; erant quatuor ibi cellæ: Una Cella agnorum, altera, Cella Sigillorum. (*Ibi ei, qui rem aliquam soluto pretio emerat ut exinde Sacrificium pararet, certum aliquod signum dabatur, ut illam ab iis qui res ejusmodi asservabant, acciperet*;) tertia Cella domus Focariæ; quarta Cella ubi conficiebant panem facierum.

ד

נכנסו ללשכת הכלים
והוציאו משם צ״ג כלי כסף
וכלי זהב השקו את הת
התמיד בכוס של זהב אע
אע״פי שהוא מבוקר מבערה

IV.

Postea ingressi sunt in Cellam vasorum, atque inde protulerunt nonaginta&tria vasa argentea & aurea. Mox potum præbebant agno pro jugi sacrificio mactando, in Scypho aureo, (*quippe si bibant*

מבקרים אותו לאור צא
האבוקות :

bant animalia priusquā mactentur, tanto facilius deinde cutis detrahi potest.) Atque etiamsi pridie exploraſſent agnum (*offerendum in ſacrificium,*) tamen nunc quoq; rurſus explorabatur ad tædarum lumen, (*ut nimirum pateret an ab omni vitio liber eſſet ; nefas enim erat Deo offerre animal quocunque vitio laborans, eamq; ob cauſam ſemper ibi ſex agni aſſervabantur, ut ſi in uno deprehenſum fuiſſet vitium, alterius haberetur copia.*)

ה

מי שזכה בתמיד מושכו
והולך לבית המטבחיים
ומי שזכו באיברים הולכין
אחריו : בית המטבחיים
היה לצפונו של מזבח ועליו
שמנה עמודים ננסין וו
ורביעין של ארז על גביהם
ואונקליות של ברזל היו
קבועין בהם ושלשה ם
סדרים היה לכל אחד
ואחד שבהן תולין וגם
ומפשיטין על שלחנות של
שיש שבין העמודים:

V.

CUi ſorte obtigerat officium mactandi Sacrificii jugis, is arrepto agno conferebat ſe in domum mactatoriam, eumq; ſequebantur ii, quibus ſors membra geſtāda aſſignaverat. Domus mactatoria fuit e regione Septentrionali altaris, erantque ibi conſtitutæ columnæ octo lapideæ parvę, quæ in ſumitate ſua habebant tabulas quadratas ligneas cedrinas, his infixi erant uncini ferrei, triplice in quaq; columna ordine. Ex iſtis ſuſpendebantur Sacrificia, eademq; excoriabantur ſuper menſis marmoreis, quę erant inter columnas.

VI. Qui-

ו

מי שזכו בדישון מזבח
הפנימי והמנורה היו
מקדימין וארבעה כלים
בידם הטני והכוז ושתי
מפתחות הטני דומה
לתרקב גדול של זהב
מחזיק קביין וחצי והכוז
דומה לקתון גדול של זהב
ושתי מפתחות אחד יורד
לאמת השחי ואחד פותח
כיון:

VI.

QUibus fors tribuerat ut ab altari intimo, itemque a candelabro cineres removerent, illac ſeſe diluculo conferebant, tenentes vaſa quatuor manibus ſuis, calathum nimirum & cyathum, & claves duas. Calathus ſimilis etat medimno magno aureo, capienti cabos duos cum dimidio. Cyathus referebat cantharum magnum aureum, atque ex duabus clavibus, una, cum per eam aperiendum erat, brachii ad axillas usq; immiſſionem requirebat, altera autem facili negotio ſeram reſerabat.

ז

בא לו לפשפש הצפוני
ושני פשפשין היו לו לשער
הגדול אחד בצפון ואחד
בדרום שבדרום לא נכנס
בו אדם מעולם ועליו הוא
מפורש על ידי יחזקאל

VII.

COntulit ſe deinde ad oſtiolū Septentrionale. Habebat enim porta major (*juxta ſeſe in lateribus,*) oſtiola duo, quorum unum Septentrionale latus, alterum Auſtrale occupabat. Per illud quod in latere auſtrali erat, nemo

ויאמר אלי ה' השער הזה
סגור יהיה לא יפתח ואיש
לא יבא בו כי ה' אלהי
ישראל בא בו והיה סגור
נטל את המפתח ופתח את
הפשפש נכנס לתא ומן
התא אל ההיכל עד שהוא
מגיע לשער הגדול הגיע
לשער הגדול העביר את
הנגר ואת הפותחות ופ
ופתחו לא היה השוחט
שוחט עד ששומע קול שער
הגדול שנפתח:

mo unquam introibat, atque de eo verba Ezechielis accipienda sunt (c.XLIV, 2.) *Et dixit mihi Dominus, porta hæc clausa esto, non aperitor, & quisquam non ingreditor per eam, quia Dominus Deus Israëlis ingressus est eã: erit igitur clausa.* Sumens deinde clavem, & ostiolum adaperiens, ingrediebatur in angiportum (*sive viam concameratam in crassitie ipsius parietis,*) atque ex angiportu deferebatur in adytum, ibi ambulans quoad perveniret ad portam magnam. Ad portam hanc magnam cum devenisset, removebat repagulum & seras, eamque aperiebat. Mactator non prius mactabat sacrificium, nisi cum audiret portam magnam esse apertam.

ח VIII.

מיריחו היו שומעין קול
שער הגדול שנפתח מיריחו
היו שומעין קול המגריפה
מיריחו היו שומעין קול ע

In Jericho exaudiri poterat sonus portæ magnæ cum aperiretur. In Jericho exaudiri poterat sonus organi pnevmatici δεκαπόρυ. In Jericho exaudiebatur sonus li-

העץ שעשה בן קטין מוכני
לכיור מיריחו היו שומעין
קול גביני כרוז מיריחו היו
שומעין קול החליל מיריחו
היו שומעין קול הצלצל ם
מיריחו היו שומעין קול ש
השיר מיריחו היו שומעין
קול השופר וי״א אף קול כ״ג
בשעה שהוא מזכיר את
השם ביום הכפורים מיריחו
היו מריחים ריח פטום
הקטורת אמר ר׳ אלעזר
בן דגלאי עזים היו לבית
אבא בהרי מכוור והיו ם
מתעטשות מריח פטום
הקטורת:

gni ex machina aquatili quam fieri fecerat Katinides, ut per eam educeretur aqua ex mari Templi in labrum. In Jericho exaudiebatur sonus Sacerdotis excitantis collegas ad Divinum cultum peragendum (*ante adventum Præfecti.*) In Jericho exaudiebatur sonus tibiæ cum inflaretur. In Jericho exaudiebatur sonus cymbali cum sonaretur. In Jericho exaudiebatur vox (*Levitarum*) canentium. In Jericho exaudiebatur sonus tubarum (*quas Levitæ inflabant.*) Addunt quidam, exauditam ibi quoque fuisse vocem Summi Pontificis cum ille Divinum nomen enunciaret in die expiationis. In Jericho percipiebant naribus odores suffitus aromatarii (*qui fiebat in Templo.*) R. Eleasar F. Diglai dicere solebat: Domus paterna mea alebat capras in monte Michvor, atque eæ pinguefiebant ex odore suffitus aromatarii.

ט IX.

מי שזכה בדשון מזבח ש

CUi fortuna illud commise.

הפנימי נכנס ונטל את הטני
והניחו לפניו הידה חופן
ונותן לתוכו ובאחרונה כ
כיבד את השאר לתוכו וה
והניחו ויצא : מי שזכה בד
בדישון המנורה נכנס ומצא
שתי נרות מזרחיים דולקים
מדשן את השאר ומניח
את אלו דולקים במקומן
מצאן שכבו מדשנן ומדליקן
מן הדולקים ואחר כך מ
מדשן את השאר ואבן הי
היתה לפני המנורה, ובה
שלש מעלות שעליה הכהן
עומד ומטיב את הנרות
והניח את הכוז על מעלה
שנייה ויצא:

miſerat ut ab altari intimo cineres removeret, is intrabat, ſecum deferens calathum, eumque ante ſe deponebat. Mox cava manu hauriebat cineres, eosque calatho indebat, poſtremo ultimas reliquias, quæ cava manu hauriri amplius non poterant, in calathum convertebat, eum ibi relinquens atque ſic recedens. Is cui obtigerat munus removendi cineres a candelabro, intrabat, atque reperiens duas lucernas orientales ardentes, reliquas decinerabat, has autem in ſuo loco relinquebat ardentes. Si autem iſtas extinctas reperiſſet, illas primas decinerabat, & deinde ex iis quæ ardebant iſtas Orientales accendebat, poſtea cæteras quoque decinerans.

Erat ibi lapis ingens poſitus ante candelabrum, cui inciſi erant gradus tres, in his conſiſtebat Sacerdos cum lucernas reficeret (*nec enim niſi gradibus his adjutus potuiſſet attingere lucernas ob candelabri altitudinem.*) His peractis relinquebat cyathum aureum in gradu ſecundo atque exibat.

פרק ד:

משנה א

לא היו כופתין את הטלה
אלא מעקדין אותו מי שזכו
באברים אוחזים בו וכך
היתה עקידתו ראשו לדרום
ופניו למערב השוחט עומר
במזרח ופניו למערב של
שחר היה נשחט על קרן
צפונית מערבית על טבעת
שנייה ושל בין הערבים
היה נשחט על קרן מזרחית
צפונית על טבעת שנייה
שחט השוחט וקבל טם
המקבל: בא לו לקרן סג
מזרחית צפונית ונותן ס
מזרחית צפונית מערבית
דרומית ונותן מערבית ב
דרומית שירי הדם היה
שופך על יסוד דרומית:

CAPUT IV.

MISCHNA I.

NOn colligabant ita agnum ut pedes anteriores seorsim, atque pedes posteriores quoque seorsim vincirentur; sed ea fiebat constrictio, ut semper dexter pes anterior cum dextro posteriore, atque sic sinister quoq; anterior & posterior simul vincirentur; *(prior enim constrictio inter Idololatras recepta erat, quoties sacrificabant; sed posteriore hâc nostra fertur Isaacus ligatus fuisse a patre suo.)* Ii, quibus sorte obtigerat munus deferendi membra, manus commodabant. Sic autem fiebat ligatio ejus: caput reponebatur versus austrum, os vero occidentem versus. Mactator stabat in plaga orientali, atq; vultum directum habebat in occidentem. Agnus jugis sacrificii qui matutino tempore offerebatur, mactabatur in

cornu

cornu quod eſt inter ſeptentrionem & occaſum in annulo ſecundo. Agnus autem ſacrificii jugis veſpertini, mactabatur juxta cornu quod eſt inter orientem & ſeptentrionem, ſimiliter in annulo ſecundo. (*Erant enim ibi juſſu Jochananis Pontificis annuli terræ infixi numero 24. in ſex diſtincti ordines, ut nimirum quisque ordo annulos ſex complecteretur, atque hi annuli eum præſtabant uſum, ut hoſtia in ſolo ibi adſtringi & edomari poſſet. Itaq; mane annulus ſecundus plagæ occidentalis, veſperi ſecundus plagæ orientalis adhibebatur, atque hoc eam ob cauſam, ut tanto magis mactatio ad lumen ſolis fieri poſſet, nec altare umbrâ ſua quicquam obfuſcaret.*) Is cui munus mactandi incumbebat, peragebat mactationem, alio excipiente ſanguinem, atque hic eo excepto conferebat ſe ad angulum qui inter orientem & ſeptentrionem interjacet, atque ſic verſus orientem & occidentem ſpargebat ſanguinem: mox petebat cornu quod eſt inter occidentem & ſeptentrionem, atque ſanguinem quoque verſus occidentem ſeptentrionemque ſpargebat. Quod ſupererat ſanguinis effundebat in imo altaris in latere auſtrali, (*qui ibi per canaliculum effluebat.*)

II.

NOn frangebat pedes poſteriores (*ceu lanii gentilium facere ſolent*;) ſed vero in poplite foramina incidit, quo appendi poſſet victima. Dehinc pellem utrinque removebat, quoad ad pectus usque proveheretur. Delatus

ב

לא היה שובר בו את הרגל
אלא נוקבו מתוך ארכובה
ותולה בו היה מפשיט.
ויורד עד שהוא מגיע לחזה
הגיע לחזה חתך את
הראש ונתנו למי שזכה בו

 latus

חתך את הכרעים ונתנן
למי שזכה בהן מירק את
ההפשט קרע את הלב וט
והוציא את דמו חתך את
הידים ונתנן למי שזכה
בהן : עלה לרגל הימנית
חתכה ונתנה למי שזכה
בה ושתי ביצים עמה: קרעו
ונמצא כולו גלוי לפניו נטל
את הפדר ונתנו על בית
שחיטת הראש מלמעלן :
נטל את הקרביים ונתנן
למי שזכה בהם להדיחן
והכרס מדיחין אותה בבית
המדיחין כל צרכה והקרבין
מדיחין אותן שלשה פעמים
במעוטה על שולחנות של
שיש שבין העמודים :

latus ad pectus, caput reſecabat, tradens illud ei cui hoc officium ſorte obtigerat. Poſtea reſecans crura, porrigebat ea illi cui hoc officium ſorte obtigerat. Finita mox excoriatione, findebat cor, quo ſanguis inde effluere poſſet. Dehinc reſectis pedibus anterioribus, porrigebat eos illi cui hoc munus ſorte obtigerat. Sic pergens ad pedem poſteriorem dexterum, poſtquam hunc reſecaſſet, dedit illum ei cui hoc officium ſorte obtigerat, additis ſimul duobus teſtibus. Findens deinde totum ventrem, omnia habebat expoſita. Mox accepto omento eam capitis partem ubi abſciſſio facta eſt, ſuperne operiebat, (*ut tanto major illius eſſet ſpecies.*) Poſtea ſumens inteſtina, porrigebat ea illi cui hoc officium ſorte obtigerat, ut eluerentur. Aqualiculus abluebatur in domo ablutionis quantum ſatis erat. Reliqua inteſtina minimum ter eluebantur in menſis marmoreis, quæ inter columnas erant diſpoſitæ.

ג

נטל ארת הסכין והפריש
את הריארה מן הכבד וא
ואצבע הכבד מן הכבד
ולא היה מזיזה ממקומרה
נקב את החוזרה ונתנו למי
שזכרה בו עלה לדופן ט,
הימנית הירה חותך ויורד
עד השדרה ולא היה נוגע
בשדרדה עד שהוא מגיע
לשתי צלעות רכות חתכה
ונתנה למי שזכה ברה וו
והכבד תלויה בה : בא לו
לגרה והניח בה שתי צלעות
מכאן ושתי צלעות מכאן
חתכרה ונתנה למי שזכה
בה והקנה והלב והריאה
תלויים בה : בא לו לדופן
השמאלית והניח בה שתי
צלעות רכות מלמעלן ושתי

III.

SUmſit deinde cultrum, atque ſeparavit pulmonem a jecore, itemque ab ipſo jecore particulam illam ſuperne craſſiorem, quæ digiti formam habet: ita tamen ut hæc e loco ſuo non removeret. Jam nunc pectus perforabat (*ſive potius totum exſcindebat,*) porrigebatque illud ei cui hoc munus ſorte obtigerat. Dehinc conferebat ſe ad latus dexterum, idque exſecabat ibi, ubi ſpinæ dorſi adhæret, ita tamen ut dorſi ſpinam non attingeret, non prius ceſſans ſcindendo, donec perveniſſet ad duas coſtas teneriores (*quæ juxta collum pecudis ſunt,*) ibi abſcindens partem hanc, illi porrigebat cui id munus ſorte obtigerat. Erat autem jecur huic parti adfixum. Converſus poſtea ad fauces ſive Oeſophagum, cui adhærebant duæ coſtæ hinc, & duæ

צלעות רכות מלמטן וכך
היה מניח בחברתה נמצא
מניח בשתיהן שתים שתים
מלמעלן ושתים שתים מ
מלמטן חתכה ונתנה למי
שזכה בה והשדרה עמה
והטחול תלוי בה והיא ט
היתה גדולה אלא של ימין
קורין גדולה שהכבד תלויה
בה בא לו לעוקץ חתכו
ונתנו למי שזכה בו והאליה
ואצבע הכבד ושתי כליות
עמו נטל רגל השמאלי ונתנה
למי שזכה בה נמצאו כלן
עומדין בשורה והאברים
בידם : הראשון בראש ום
וברגל הראש בימינו וט
וחוטמו כלפי זרועו וקרניו
בין אצבעותיו ובית ש
שחיטתו מלמעלן והפדר נ
נתון עליה והרגל של ימין

duæ coſtæ illinc, eum exſcindens illi porrigebat cui hoc munus ſorte obtigerat. Huic adhærebant arteria & cor, itemq; pulmones. Mox conversus ad latus ſiniſtrum, reliquit ibi coſtas duas teneras inferne: atque totidem reliquerat quoque in parte altera. Sic ergo reliquit in partibus ambabus utrobique duas coſtas ſuperne, duasque inferne. Ibi reſciſſa parte hac, porrigebat eam illi cui hoc munus ſorte obtigerat. Comitabatur hanc partem ſpina dorſi, lienque illi adhærebat. Atque hæc portio revera erat maxima, ſed vulgo tamen partem dexteram majorem vocabant, ob adhærens illi jecur. Dehinc converſus ad extremam ſpinæ dorſi partē in quam ipſa deſinit, eam reſcindebat atque porrigebat illi cui id munus ſorte obtigerat. Iſtam comitabantur cauda, itemq; craſſiuſculum illud in hepate digiti formam referens, renesque

בשמאלו ובית עורו לחוץ
השני בשתי ידים של ימין
בימינו של שמאל בשמאלו
ובית עורו לחוץ : השלישי
בעוקץ וברגל העוקץ בימינו
והאליה מדולדלת בין אצ
אצבעותיו ואצבע הכבד ו
ושתי הכליות עמו הרגל ש
של שמאל בשמאלו ובית
עורו לחוץ : הרביעי בחזה
ובגרה החזה בימינו והגרה
בשמאלו וצלעותיה בין אצ
אצבעותיו : החמישי בשתי
דפנות של ימין בימינו ושל
שמאל בשמאלו ובית עורו
לחוץ : הששי בקרבים הנ
הנתונים בבזך וכרעים
על גביהם מלמעלה הש
השביעי בסלת : השמיני בח
בחביתין התשיעי ביין הלכו
ונתנום מחצי הכבש ו

que duo. Rescisso postea pede posteriore sinistro, porrigebat eum illi cui hoc munus sorte obtigerat. Atque sic ordine juxta consistebant Sacerdotes omnes, membra mactatæ victimæ manibus tenentes. Nimirum Primus, caput cum pede posteriore tenebat: atque caput quidem tenebat dexterâ, ita ut os introrsum versus brachium, quo illud tenebat, porrigeretur. Cornua inter digitos erant, atque pars ubi rescissio facta, in altum protendebatur, ac omentum super illam erat protensum. Sinistrâ manu tenebat pedem posteriorem dexterum, atq; eam partem ubi pellis detracta erat extrorsum exhibebat. Alter Sacerdos tenebat duos pedes anteriores, dexterum gestans dexterâ, & sinistrum sinistrâ, ita ut ea pars quæ pelle priva extrorsum porrigeretur. Tertius tenebat postrema spinæ dorsi cum pede posteriore sinistro;

ולמטה במערבו ומלחום וירדו ובאו להם ללשכת הגזית לקרות את שמע:

postrema spinæ dorsi tenebat dexterâ, atque cauda fluctuabat inter digitos; quibus addebantur pars crassior hepatis digiti formam referens, itemque renes duo; pedem posteriorem sinistrâ gestabat, ita ut ea pars quæ pelle priva erat extrorsum porrigeretur. Quartus tenebat pectus faucesque, pectus gestans in dexterâ, & fauces in sinistra; atque teneriores costæ inter digitos repositæ erant. Quintus tenebat latera duo, dexterum dexterâ & sinistrum sinistrâ gestans, ita ut partes illæ, ubi pellis detracta erat, forinsecus porrigerentur. Sextus tenebat intestina posita in patera, quibus crura incubabant. Septimus tenebat decimam Ephæ (*quam Sacerdotes quotidie offerre tenebantur.*) Octavus tenebat far Pontificis. Nonus vinum. Sic ergo progrediebantur, atq; hæc in medio clivo reponebant inferne versus occidentem, eaq; sale conspergebant. Postea recedentes intrabant in conclave ex cæso lapide structum, ut preces matutinas peragerent.

פרק ה:

משנה א

אמר להם הממונה ברכו ברכה אחרת והן ברכו : וקראו עשרת הדברים שמע והיה אם שמוע ויאמר ברכו את העם שלשה

CAPUT V.

MISCHNA I.

Dixit illis Præfectus: Recitate precationem unam; atque ipsi illud exsequuti sunt, & recitabant postea Præcepta decem, Pericopen שמע ישראל & Pericopen והיה אם שמוע · Postea

ברכות אמת ויציב ועבודה וברכת כהנים ובשבת מ מוסיפים ברכה אחת ל למשמר היוצא:

ſtea ajebat illis: Benedicite populo benedictionibus tribus, eâ nimirum quæ incipit אמת ויציב, & eâ quæ agit de Cultu, ac denique benedictione Sacerdotali. In Sabbato addebant adhuc aliam benedictionem, propter Ephemeriam diſcedentem.

ב

II.

אמר להם חדשים לקטורת בואו והפיסו הפיסו זכה מי שזכה חדשים עם ישנים בואו והפיסו מי מעלה א אברים מן הכבש למזבח רבי אליעזר בן יעקב אומר המעלה אברים לכבש הוא מעלה אותן על גבי המזבח:

Ajebat illis (*Præfectus:*) novitii ſuffitus (h.e. *qui ſuffitum nondum antehac obtuliſtis*,) venite atque ſubite ſortitionem. (*Scilicet, quia tenebat Sacerdotes firma perſuaſio, illos inſigniter diteſcere qui ſuffitum adolebant, itaq; non licebat uni bis illo officio fungi, niſi prius reliqui quoque ad id fuiſſent admoti, unde ob multitudinem Sacerdotum evenire ſane poterat ut aliqui nunquam hoc munus peragerent.*) Facta ſortitione, is qui ſortem faventem habebat, hoc officium adminiſtrandum ſuſcepit. (*Poſtea ajebat Præfectus:*) Vos veterani una cum novitiis, venite, & ſortitionem ſubite, quis membra jugis Sacrificii ex clivo in altare deferre debeat. R. Elieſer Jacobi Filius ait, eoſdem qui detulerunt membra in clivum, illa detuliſſe quoque in altare.

ג

מסרום לחזנים היו מפשיטין אותם את בגדיהם לא היו מניחין עליהם אלא מכנסים בלבד וחלונות היו שם וכתוב עליהם תשמישי ה הכלים:

III.

(*Sacerdotes quibus nullum munus in ſortitione obvenit, deponebãt veſtes ſacras, eaſque*) tradebant cantoribus (*ad quos illarum cuſtodia pertinebat.*) Illi itaque cantores exuebant Sacerdotes veſtibus ſuis, nec illis quicquã reliquerunt, præter ſola femoralia (*quæ & ipſa deponebant Sacerdotes poſtquam veſtes profanas induiſſent.*) Erant ibi certa quædam repoſitoria, (*in quibus veſtes Sacerdotales condebantur,*) atque his inſcriptum, cujus illa eſſent generis: (*nempe unum repoſitorium aſſervabat ſola femoralia, aliud tunicas, & ſic de cæteris.*)

ד

מי שזכה בקטורת היתה נ נוטל את הכף והכף דומה לתרקב גדול של זהב מ מחזיק שלשה קבים והבזך היה בתוכו מלא ונדוש ק קטורת וכסוי היה לו וכמין מטוטלת היתה עליו מ מלמעלן:

IV.

IS, cui ſorte obtigerat munus faciendi ſuffitum, ſumebat acerram. Eaque acerra ſimilis erat modio aureo magno, capienti cabos tres. Hæc acerra habebat in ſui medio phialam plenam ſuffimenti in acervum cumulati. Erat huic phialæ operculum, atque tegebatur ſuperne panniculo.

V. Cui

ה

מי שוכה במחתה נטל ש
מחתת הכסף ועלה לראש
המזבח ופנה את הגחלים
הילך והילך וחתה ירד ועירן
לתוך של זהב נתפזר ממנה
כקב גחלים והיה מכבדן
לאמה ובשבת היה כופה
עליהן פסכתר ופסכתר ט
היתה כלי גדול מחזקת
לתך ושתי שרשרות היו
בה אחת שהוא מושך בה
ויורד ואחת שהוא אוחז
בה מלמעלן בשביל שלא
תתגלגל ושלשה דברים
היתה משמשת כופין אותה
על גב הגחלים ועל השרץ
בשבת ומורידין בה את
הדשן מעל גבי המזבח:

V.

CUi ex sortitione obtigerat patera carbonaria, is accepta patera argentea, conferebat sese ad summitatem altaris, atque disjectis hinc inde carbonibus, pateram iisdem replebat. Inde discedens, carbones (*ex patera argentea*) effundebat in auream (*minorem.*) Hæc igitur (*cum tanta capacitatis non esset ac prior, inde factum*,) ut fere cabus unus carbonum (*superfluorum*) in terram decideret: eos converrebant in rivulum, qui ibi erat, aquarum, (*die scilicet profesto.*) At die Sabbatico (*quo verrere non licebat*,) obtegebantur carbones aheno. Cæterum ahenum erat vas prægrande, capiens integrum Letech (*sive Sata quindecim.*) Ei affixæ erant catenæ duæ; quarum unâ trahebatur ahenum (*cinere repletum, per clivum*,) atque in ima deferebatur: alterius catenæ is usus erat, ut ahe-

num per eam ſuperne ab aliquo teneretur, ne (*in tractione per clivum*) ſurſum deorſum volutaretur. Fuit omnino illius aheni uſus triplex. Scilicet tegebantur eo decidui carbones in die Sabbatico; tegebatur item eodem reptile (*aut res alia immunda, forte fortuna die Sabbatico in templo reperta, quamque tum ejicere non licebat.*) Denique, eodem cinis ex ſuperficie altaris remotus, ad ima pertrahebatur.

ו

הגיעו בין האולם ולמזבח נטל אחד את המגרפה וזרקה בין האולם ולמזבח אין אדם שומע קול חברו בירושלם מקול המגרפה ושלשה דברים היתה מ משמשת כוהן ששומע את קולה יודע שאחיו הכהנים נכנסים להשתחות והוא רץ ובא ובן לוי שהוא שומע את קולה יודע שאחיו ש הלוים נכנסים לדבר בשיר והוא רץ ובא וראש שמ המעמד היה מעמיד את הטמאים בשערי מזרח:

VI.

CUm (*Sacerdotes*) ad eum locum delati eſſent, qui eſt inter propylæum & altare, unus Sacerdotum accepto organo pnevmatico, illud in loco hoc, qui eſt inter porticum & altare conſtituit. Nemo homo poterat exaudire vocem ſocii Hieroſolymis præ ſonitu organi pnevmatici (*cum pulſaretur.*) Cæterum, triplicem uſum præſtabat hoc organum; nam, Sacerdos, exaudito illius ſonitu colligebat fratres ſuos Sacerdotes ingredi ad incurvandum ſeſe prono corpore religionis cauſa, itaq; accurrebat & ſe illis adjungebat. Levita percepto illius ſonitu cognoſcebat fratres ſuos Levitas

ac-

accingere ſeſe ad pſallendum, accurrebat igitur & ſe illis adjungebat. Denique Anteſignanus virorum ſtationis (*ſimul ac ſonus ille ad aures ejus deferebatur*,) ſtatuebat leproſos ad portam orientalem (*ut a Sacerdotibus luſtrari poſſent.*)

פרק ו׃
משנה א

החלו עולים במעלות ש
האולם מי שזכו בדישון
מזבח הפנימי והמנורה היו
מקדימין לפניהם מי שזכה
בדישון מזבח הפנימי נכנס
ונטל את הטני והשתחוה
ויצא מי שזכה בדישון ש
המנורה נכנס ומצא שתי
נרות מזרחיים דולקין
מדשן את המזרחי ומניח
את המערבי דולק שממנו
היה מדליק את המנורה
בין הערביים מצאו שכבה
מדשנו ומדליקו ממזבח
העולה נטל את הכוז מ

CAPUT VI.
MISCHNA I.

SIc itaq; incipiebant aſcendere per gradus propylæi, atque illi, quibus in ſortitione obtigerat munus removendi cineres ex altari intimo ac candelabro, antevertebant cæteros. Is ergo cui in ſortitione obtigerat munus removendi cineres ex altari interiore, ingrediens auferebat calathum aureum (*cinere repletum*, *ipſa enim decineratio jam ante facta erat*,) atque incurvans ſeſe prono corpore exibat. Is, cui in ſortitione obtigerat munus decinerandi candelabrum, ingrediebatur, atque reperiebat duos lychnos orientales ardentes, ex his eũ qui magis orientalis erat extinguebat decinerabatq;, relinquens eũ ar-

ממעלה שנידה והשתחוה
ויצא:

ardentem qui ex his erat occidentalior, nam ex eo accendebat candelabrum vesperascente cœlo. Ubi lychnum hunc extinctum reperiebat (*quod in Templo secundo aliquoties, in primo nunquam accidisse fertur,*) decinerabat illum, accendebatque, sumto igne ex altari holocaustorum sive extimo. Accepto deinde cyatho ex gradu secundo, inclinabat sese prono corpore atque exibat.

ב

II.

מי שזכה במחתה צבר את
הגחלים על גבי המזבח
מרדדן בשולי הממתה וב
והשתחוה ויצא:

IS, cui in sortitione obtigerat patera carbonaria, coacervavit prunas super altari, effundens eas paulatim per oram pateræ, (*neque enim licebat uno impetu prunas ex patera effundere.*) Sic deinde cum prono corpore inclinasset sese exibat.

ג

III.

מי שזכה בקטורת היה נוטל
את הבזך מתוך הכף גב.
ונותנו לאוהבו או לקרובו
נתפזר ממנו לתוכו נותנו
לו בחפניו ומלמדים אותו
הוי זהיר שמא תתחיל ל

IS, cui in sortitione obtigerat munus suffitum faciendi, sumebat phialam ex acerra, eamque tradebat amico aut cognato suo, (*veterano nimirum Sacerdoti, qui pridem hoc officio functus erat, quem secum assumsit, ut ab eo doceretur*)

לפניך שלא תכוה התחיל
מרדד ויוצא לא היה ש
המקטיר מקטיר עד הש
שהממונה אומר לו הקטר
ואם היה כהן גדול ש
הממונה אומר אישי כ״ג
הקטר פרשו העם והקטיר
והשתחוה ויצא:

tur ministerium hoc rite peragere.) Si quid thuris ex phiala in acerram decidisset, id in manus amici tradebat, (*nec amplius reliquo acervo thuris id imponebat.*) Hic vero amicus monebat eum qua ratione suffitus faciendus esset, inquiens: cave sis incipias in parte altaris tibi proxima suffitum effundere, ne ustuleris. Sic igitur incipiebat paulatim usque & usque effundere suffitum, atque exibat. Cæterum suffitum facturus, haud prius adolebat antequam Præfectus illi diceret: fac suffitum. Quod si is, qui hoc officio functurus erat, Sacerdos magnus esset, dicebat Præfectus: Domne Pontifex, fac suffitum. Recedente deinde turba Sacerdotum, Sacerdos faciebat suffitum, atque incurvans sese exibat.

פרק ז:

משנה א

בזמן שכהן גדול נכנס ל
להשתחות שלשה אוחזין
בו אחד בימינו ואחד מ
בשמאלו ואחד באבנים
טובות וכיון ששמע הממונה

CAPVT VII.

MISCHNA I.

EO tempore quo intrabat Pontifex ut incurvaret sese, tres illum tenebant manibus, unus a dexteris, alter a sinistris, atque tertius tenebat a tergo lapides pretiosos. Audiens Præfectus sonitum

קול רגליו של כהן גדול
שהוא יוצא הגביה לו את
הפרוכת נכנס והשתחוה
ויצא ונכנסו אחיו הכהנים
והשתחוו ויצאו:

pedum & tintinnabulorum Pontificis adventantis, elevabat velum, atque sic ingrediebatur Pontifex & inclinabat se prono corpore, rursus deinde exiens. Post eum intrabant fratres ejus reliqui Sacerdotes, cumque & ipsi prono corpore se incurvassent, rursus exibant.

ב

באו ועמדו על מעלות ש
האולם עמדו הראשונים
לדרום אחיהם הכהנים
וחמשה כלים בידם הטני
ביד אחד והכוז ביד אחד
והמחתה ביד אחד והבזך
ביד אחד וכף וכסויה ביד
אחד: וברכו את העם ב
ברכה אחת אלא שבמדינה
אומרים אותה שלש ברכות
ובמקדש ברכה אחת ב
במקדש היו אומרים את
השם ככתבו ובמדינה ב

II.

Reversi Sacerdotes consistebant in gradibus supremis propylæi, atq; primi inter hos, stabant ad latus australe fratrum suorum Sacerdotum. Ex his quini tenebant sacra vasa manibus suis; nimirum unus tenebat manu sua calathum, alter cyathum, tertius pateram carbonariam, quartus phialam, quintus deniq; tenebat acerram cum illius operculo. Sic benedicebant populo benedictione una. Cæterum extra Hierosolymas dividebant eam in benedictiones tres; & in Sanctuario absolvebatur bene.

בכנוי במדינה הכהנים נושאים את ידיהם כנגד כפתותיהם ובמקדש על גבי ראשיהן חוץ מכהן ג גדול שאינו מגביה את ידיו למעלה מן הציץ ר׳ יהודה אומר אף כהן גדול מגביה את ידיו למעלה מן הציץ שנאמר וישא את אהרן את ידיו אל העם ויברכם:

benedictione una. In Sanctuario efferebatur nomen Divinum prout scriptum est; sed extra Hierosolymas pro eo substituebatur cognomen. Extra Hierosolymas Sacerdotes elevabant manus humeris tenus; at in Sanctuario capitibus tenus, excepto Summo Sacerdote, qui ultra bracteam manus nunquam efferebat· R. Jehuda tamen ait, etiam Summum Pontificem extulisse manus ultra bracteam, Q. S. E. (Lev. IX. 22.) *Tum attollens Aaron manus suas versus populum, benedixit eis.*

ג

בזמן שכהן גדול רוצה ל להקטיר היה עולה בכבש והסגן בימינו הגיע למחצית הכבש אחז הסגן בימינו והעלהו הושיט לו הראשון הראש והרגל וסמך עליהן ורקן הושיט השני לראשון

III.

Quando collibitum est summo Pontifici suffitum facere, confert ipse sese in clivum, dextrum latus ei claudente Vicario. Ubi pervenit ad medium clivi, prehendit ejus dexteram Vicarius, & porro eum deducit. (*Sic delatus ad Sacerdotes qui ibi stabant, tenentes manibus*

 membra

שתי הידים ונתנן לכהן
גדול וסמך עליהן וזרקן ג
נשמט השני והלך לו וכך
היו מושיטין לו שאר כל
האיברין והוא סומך עליהם
וזורקן ובזמן שהוא רוצה
הוא סומך ואחרים זורקין:
בא לו להקיף את המזבח
מהיכן הוא מתחיל מקרן
דרומית מזרחית מזרחית
צפונית צפונית מערבית מ
מערבית דרומית נתנו לו
יין לנסך הסגן עומד על ש
הקרן והסודרין בידו ושני
כהנים עומדים על שלחן
החלבים ושתי חצוצרות
של כסף בידם תקעו וש
והריעו ותקעו באו ועמדו
אצל בן ארזא אחד מימינו
ואחד משמאלו שחה לנסך
והניף הסגן בסודרים וש

membra Sacrificii jugis,) primus ei porrexit caput cum pede posteriore (*dextero*,) quibus Pontifex manus imponens, membra hæc in ignem projecit. Sic deinde alter Sacerdos primo exhibet duos pedes anteriores, atque hic rursus porrigit eos summo Pontifici, qui manus iis imponens, illos deinde in ignem projecit. Atque tum secundus Sacerdos abiens discessit. Eodem modo porrigebant illi membra omnia reliqua, quibus Pontifex manus imponens, deinde in ignem ea projecit. Sed, si ita placeret, manus tantum his imponebat, quisque autem Sacerdotum membra conjiciebat in ignem. Quod si animi causa circuire vellet altare Pontifex, unde is incipiebat? Ab angulo qui est inter austrum & orientem, pergebat ad angulum qui est inter orientem & septentrionem, dehinc petens angulum qui est inter septentrionem

והקיש בן ארזא בצלצל
ודברו הלוים בשיר הגיעו
לפרק תקעו והשתחוו העם
על כל פרק תקיעה ועל
כל תקיעה השתחויה זה
הוא סדר התמיד לעבודת
בית אלהינו יהי רצון [illegible],
שיבנה במהרה בימינו
אמן:

nem & occaſum, denique conferebat ſe ad angulum qui eſt inter occaſum & auſtrum. Cum vinum ei exhiberetur ad libandum, Vicarius juxta cornu ſtabat, manu ſua tenens vexillum, & duo Sacerdotes conſtituti erant juxta menſam cui adeps imponi ſolebat, manibus tenentes tubas duas argenteas, quibus primo ſonum fixum & æqualem, deinde fractum, & mox iterum fixum & æqualem edebant. Sic conferentes ſeſe ad Ben Arſa ibi conſiſtebant, ita ut unus dexterum, alter ſiniſtrum latus ejus occuparet. Moras trahente in libando Pontifice, agitabat vexillum Vicarius; Ben Arſa vero ſonabat cymbalo, & Levitæ canebant canticum: ſub finem cantici edebatur ſonus fixus atque tum prono corpore incurvabat ſeſe populus. Omne canticum finitum excipiebat clangor fixus tubarum, omnemque clangorem, incurvatio. Hæc eſt liturgia quæ obſervabatur in oblatione jugis ſacrificii, in miniſterio domus Dei noſtri. Faxit Deus ut brevi ea rurſus ædificetur, & in diebus noſtris, Amen.

ד

השיר שהיו הלוים אומרים
במקדש ביום הראשון היו

IV.

Cantica quæ canere ſolebant Levitæ in templo, ſequentia ſunt: Die primo


 Hebdo-

אומרים לה׳ הארץ ומלואה
תבל ויושבי בה׃ בשני היו
אומרים גדול ה׳ ומהולל
מאד בעיר אלהינו הר
קדשו׃ בשלישי היו אומרים
אלהים נצב בעדת אל
בקרב אלהים ישפוט׃
ברביעי היו אומרים אל
נקמות ה׳ אל נקמות
הופיע וגו׳׃ בחמישי היו
אומרים הרנינו לאלהים
עזנו הריעו לאלהי יעקב׃
בששי היו אומרים ה׳ מלך
גאות לבש וגו׳׃ בשבת
היו אומרים מזמור שיר
ליום השבת מזמור שיר
לעתיד לבא ליום שכלו
שבת מנוחה לחיי
העולמים׃

Hebdomadæ canebant (Psalmum XXIV.) *Domini est terra, & quod implet eam; orbis habitabilis & habitantes in eo.* Die secundo Hebdomadæ canebant (Psalm. XLVIII.) *Magnus est Dominus, & laudatus valde, in civitate Dei nostri, monte Sanctitatis ejus.* Die tertio Hebdomadæ cantabant (Psalm. LXXXII.) *Deus adstat in cœtu Dei fortis, inter magistratus judicat.* Die quarto Hebdomadę cantabant (Psal. XCIV.) *O fortis Deus ultionum, Domine; ô Deus fortis ultionum, illucesce: &c.* Die quinto Hebdomadæ cantabant (Psalm. LXXXI.) *Cantate Deo, robori nostro, vociferamini Deo Jacobi.* Die sexto Hebdomadæ cantabant (Psal. XCV.) *Dominus regnavit, decorem induit.* In Sabbato canebant (Psal. XCII.) *Psalmus & canticum in diem Sabbati. Bonum est celebrare Dominum &c.* Hic enim Psalmus proprie ad tempus futurum attinet, & ad illud tempus quod futurum est Sabbatum continuum, & quies in vita æterna.

נשלמה מסכת תמיד׃

EXPLICIT CODEX TAMID.


79

2.6.493

80

00564f570

